

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Origenis commentarius in epistulam Pauli ad Romanos,  
libri I-X - Cod. Aug. perg. 126-127**

Aug. perg. 127

**Paulus <Apostel, Heiliger>**

**[S.l.], 801-815**

Origen, Commentarius in epistulam Pauli ad Romanos, libri VI-X

[urn:nbn:de:bsz:31-1569](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1569)

INCIPIT LIB. V. ORIGINI IN IPIS ETIAM

**N**on ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius . . .

Neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato . Sed exhibete uos dō . tamquam ex mortuis uiuentes . Et membra uestra arma iustitiae dō . peccatum enim uobis non dominabitur . Non enim sub lege estis sed sub gratia .

In superioribus ait . sicut regnauit peccatum in morte . nunc autem non dixit . Non ergo regnet peccatum in morte . sed ait . non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore .

Ducens per hoc sedem quandam & regnum peccatum habere in corpore . Hoc est quod & alibi dixit . prudentia carnis inimica est dō . Et iterum prudentia carnis mors . Sed & omnia peccata . apostolus opera carnis esse pronuntiat .

quaeque dicit esse fornicationem . immunditiam . passionem . concupiscentiam malam . impudicitiam . idolatriam . maleficia . inimicitiam . certamina . Zelum . furorem . contentionem . dissensiones . hereses . inuidiam . ebrietates . comessationes . & his similia . Sed si requiras . quomodo & iam hereses inter carnis opera numerantur . Inuenies eas de sensu carnis procedere . Sic enim dicit apostolus . de quodam frustra inquit inflatus a sensu carnis suae & non tenens caput .

Haec autem diximus . ut manifestior fieret intel

. lib. aug. maior. g.



PAULI APOSTOLI AD ROMANOS

lectus quomodo peccatum regnat in corpore.  
Omnia namque illa quae superius opera carnis  
esse numeravimus. uelud exercitus quidam eius  
est. Sub hoc rege peccati militans. & legi eius pa  
rens quae in membris carnis scripta est.

Certum est enim. quia ex eo quod desiderius peccati  
caro oboedientiam praebet. concupiscat caro ad  
uersum spm. & sps aduersum carnem. Et haec sibi  
inuicem aduersentur. Illud tamen aduerte quod  
ostendens in nostra potestate situm. ut non regnet  
in corpore nostro peccatum. preceptum dat apos  
tolus dicens. Non ergo regnet peccatum in uestro  
mortali corpore. ad oboediendum desiderius eius.  
Nisi enim esset in nostra potestate. ut non regnar  
in nobis peccatum. praeeptum utique non dedisset.  
quomodo ergo possibile est. ut peccatum in carne  
nostra non regnet. Si faciamus illud quod idem a  
postolus dicit. Mortificate membra uestra quae s  
super terram. Et si semper mortem xpi in corpore  
nostro circumferamus. certum namque est. quia  
ubi mors xpi circumfertur. non potest regnare  
peccatum. Est enim tanta uis crucis xpi. ut si an  
te oculos ponatur & in morte fideliter retine  
atur. Ita ut ipsam mortem xpi. intentus oculus  
mentis aspiciat. Nulla concupiscentia. nulla  
libido. nullus furor. nulla peccati superare pos  
sit inuidia. sed continuo ad eius praesentiam. totus



Ille quem supra enumerauimus peccati. & carnis  
fugatur exercitus. Ipsum uero peccatum nec sub  
sistit quippe. cum nec substantia eius usquam sit.  
nisi in opere & gestis. Est ergo in nobis & concupis  
centia peccati. quae regnum habet in carne.  
Est & concupiscentia sp̄s. quae regnum habet in men  
te; secundum quod supra diximus. quia caro concu  
piscit aduersum sp̄m. sp̄s autem aduersum carnem.  
Cum ergo concupiscimus quod non licet. uel quod  
non expedit. concupiscentia carnis est. Cum uero  
concupiscit & deficit anima nostra. quando uideat  
salutarem di. ista concupiscentia sp̄s est. Unde ap  
paret medium quodam modo esse animam inter  
carnem & sp̄m. Et si quidem iunxerit se carni  
ad obediendum desideriis peccati. efficitur cum ea  
unum corpus. Si uero iunxerit se dño. efficitur cū  
ea unus sp̄s. secundum illud quod dictum est. Qui  
enim iungit se meretrici. unum corpus est. Qui au  
tem iungit se dño unus sp̄s est. Nec mireris. si carnem  
meretricem uocet. quae illis omnibus quae supra enu  
merauimus uitis ac peccatis. tanquam turpissimis  
amatoribus subiacet. Require autem cur hic addi  
derit. in corpore uestro mortali. Cum utique  
sufficisset dicere. non ergo regnet peccatū in corpo  
re uestro. Ut quid additur. & mortali. quasi ue  
ro dubitaret aliquis corpus esse mortale. Sed  
mihi quod non sine causa & iam hoc addiderit.

Admonuit enim per hoc quonia possit incorpore non regnare peccatum. secundum quod & alibi ipse dixerat. Corpus quidem mortuum propter peccatum. spiritus uero uita propter iustitiam. Si ergo sciamus quia corpus nostrum mortificari potest. et mortui esse peccato potest fieri. ut non regnet in eo peccatum. Secundum hoc namque qui mortuus est. iustificatus dicitur a peccato.

Neque enim mortuus concupiscit. aut irascitur. aut furit. aut diripit aliena. Si ergo ab his omnibus concupiscentiam corporis reprimamus. mortuum peccato esse dicitur corpus. Et hoc est quod in presenti loco. ista apostoli commonere uidetur adiectio dicentis. Incorpore uestro mortali. alius fortasse dicit. quia distinctionem alterius corporis. quod immortale est. hoc corpus in quod nunc sumus mortale nominauit. Quod autem sit corpus immortale. idem apostolus dicit in alio ubi ait. Necesse est enim. ut corruptibile hoc induat incorruptionem. & mortale hoc induat immortalitatem. Et dubium non est quin in depta immortalitate. hoc ipsum quod nunc mortale est immortale efficiatur corpus. post haec sequitur.

Neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. sed exhibete uos deo. Tamquam ex mortuis uiuentes. & membra uestra arma iustitiae deo.

Intuere per singula sapientiam pauli. quam necessarius discretionibus utitur ubi dicit. arma non esse praebenda peccato. uel iniquitati. Non nos. sed mem

bra nostra ponit . / Ubi uero suadet . ut dō nos exhibeamus non ante membra quam nos ipsos exhiberi uult dō . Hoc est animā uel propositum nostrum . ut cum prius nos ipsos exhibuerimus dō . & adhaeserimus ei . Ita demum & iam membra nrā efficiamus arma iustitiae dō . Sicut enim manus sanctae dicuntur . quae sanctis operibus ministrauerint . Ut apostolus dicit . Leuantes sanctas manus sine ira . & disceptatione . Et rursum . Manus dicuntur plenae sanguine . quae ad effundendū sanguinem ministrauerint . Ita & in presenti loco membra quae peccato deseruiunt & iniquitati . arma iniquitatis appellantur . Et rursum . Si peccati concupiscentiā mortificemus in corpore nostro mortali . & in opere iustitiae laboremus . atq; omnibus membris nostris iustitiae ministremus . efficiamur tāquā ex mortuis uiuentes . . Peccato scilicet mortui & iustitiae uiuentes . Et consequenter & iam membra nostra fient arma iustitiae dō .

Bene autē metaforam superius propositam custodit . ut quia regnare dixerat peccatum . arma peccati membra nominaret . & rursum . dō regi arma iustitiae fierent membra nostra post haec . . Peccatum enim in uobis non dominabitur . non enim sub lege estis sed sub gratia . & iam hic intueremiram in apostoli sermone cautelam . cū de nobis loquitur dicit . peccatū uobis non dominabitur .

4  
Cum de saluatore loqueretur. nondixit peccatum  
ei nondominabitur. neque enim ita deo dici debebat.  
Sed ait mors ei ultra nondominabitur. Mortis enim  
meo fuit locus peccati nullus. at contra in nobis nec  
conueniebat dici. mors uobis nondominabitur.

Hoc enim cauere non possumus. sed peccatum uobis non  
dominabitur. Quod sine dubio scire & uitare nos non  
posse. secundum ea quae superius diximus. Si mortifice-  
mus concupiscentias carnis. in quibus peccatum poterat  
dominari. propter ea enim subiungit.

Euidenter ostendit ex his. nos non esse sub illa lege  
quam in membris positum repugnare dicit legi men-  
tis. quia qui mortificat membra sua. Certum est  
quod non sit sub lege membrorum. sed sub gratia dei.

De hac lege & alibi dicit. quia uirtus peccati lex.

Si uero uelit haec accipere de lege mortis. illud  
sine dubio dicit. quod non sumus sub lege litterae  
quae occidit. sed sub lege spiritus. qui uiuificat. quam

ss. hic gratiam nominauit. Quid ergo peccabimus.

ss. quoniam non sumus sub lege. sed sub gratia. absit.

Simile uidetur hoc illi dicto. quod superius exposuimus.

ss. Quid ergo dicemus permanebimus in peccato ut gra-

ss. tia abundet. absit. Et ideo una utique eadem  
utrique loco sufficiat. explanatio hoc solum est.

quod uidetur habere differentiam. quod in superio-

bus ubi dicit. Quid ergo permanebimus in peccato.

quasi his qui nondum discesserunt a peccato dici uidetur.

repermaneat in eo in quo esse adhuc uidebantur.  
Hic uero tamquam ab his qui iam discesserint a pecca-  
to. fieri uidetur interrogatio. Et tibi ut quasi gratia  
quae nondum erat abundaret. his autem tamquam  
praesente iam gratia dicit. quia non sumus sub lege  
sed sub gratia. Nescitis quia cui exhibetis uos ad o-  
boediendum serui estis eius cui oboedistis. siue pecca-  
ti. siue oboedientiae ad iustitiam. Gratias autem  
dō. quō fuistis serui peccati. oboedistis autem ex corde  
in eam formam doctrinae in qua traditi estis.  
Liberati autem a peccato. serui facti estis iustitiae.  
Uidetur fortasse minus ingratiue locutio quia ait  
serui estis eius cui oboedistis siue peccati. siue oboe-  
dientiae ad iustitiam. Cum ratio proposita dicit. ser-  
ui estis eius cui oboedistis. siue peccati. siue iustitiae  
per oboedientiam. Sed in eo qui imperitiam sermonis  
sponte profiteatur. artem compositionis uerborum  
requirere superfluum puto. cum sensus euidenter ui-  
deatur. Hoc ergo est quod in hoc loco apostolus  
docet. quia unus quisque in manus sua habet. & in ar-  
bitrii potestate. ut aut peccati seruus sit. aut iusti-  
tiae. Ad quamcumque enim partem inclinaue-  
rit oboedientiam. & cui cumque parere uoluerit.  
haec sibi eum uindicat seruum. in quo ut dixi absq.  
ulla cunctatione in nobis esse ostendit arbitrii liber-  
tatem. In nobis namq. est exhibere oboedientiam  
nostram. uel iustitiae. uel peccato.



Nemo autem potest duobus simul dominis seruire.  
 peccato & iustitiae. Aut enim unum odio habe  
 bit peccatum scilicet. et alium amabit id est  
 iustitiam. aut unum patietur peccatum dum  
 taxat. & alium contemnit. id est iustitiam.  
 Simile ergo est et quod dixit apostolus. serui estis  
 eius cui oboedistis. siue peccati. siue iustitiae.  
 Sed & omnis qui facit peccatum. seruus est peccati.  
 Ad hoc respicit quam uis non adiecerit. & omnis qui  
 fecerit iustitiam. seruus est iustitiae. Quod for  
 tassis putet alius. idcirco subrelictum ut quasi ex  
 consequentibus debet intellegi. Mihi autem ui  
 detur consulto non additum. neque enim conueni  
 ebat dici. quia omnis qui facit iustitiam. seruus est  
 iustitiae. Nam & dñs ipse facit iustitiam. & non idcir  
 co seruus iustitiae dici potest. sed potius iustitiae  
 dñs. Non ergo ita omnis qui facit iustitiam. ser  
 uus est iustitiae. ut omnis qui facit peccatū. seruus  
 est peccati. Nam & ipse diabolus sine dubio pecca  
 ti seruus ē. quippe qui discessit a seruitute iustitiae  
 et in conspectu dñi omnipotentis rebellauit. propter  
 quod & apostata appellatus est. Constat ergo  
 ex his sermonibus pauli. quibus dicit. Quia cui uos  
 exhibetis seruos ad oboediendū. serui estis eius cui  
 oboedistis. siue peccati. siue iustitiae. Quia spon  
 te nostra ipsi nos exhibemus. nullo cogente uel pec  
 cato seruire. uel iustitiae per oboedientiam nrām.

Et ideo semper horum meminisse debemus. nec in  
aner querellas in peccati excusatione proferamus.  
Quia diabolus fecit ut peccarem. aut naturae ne  
cessitas. aut isti talis condicio. aut cursus astro  
sed audi. aperit pauli sententiam quae dicit. Cui uos  
exhibuistis seruos adoboediendum. serui estis eius  
cui oboedistis. siue peccati siue iustitiae.  
Post haec gratias inquit do. quia fuistis serui pecca  
ti. oboedistis autem ex corde in eam formam doctrinae  
in quam traditi estis. Videtur haec ad eos dicere.  
de quorum uita perfectuque praesumit. & de qui  
bus iam superius dixerat. Gratias ago do per  
ihm xpm. pro omnibus uobis. quia fides uestra ad  
nuntiatur in uniuerso mundo. Tum deinde  
illud ostendit. quod omnes homines primo ser  
uiant peccato. sic & iam scitum est.  
Quia non est iustus super terram. qui faciat bo  
num & non peccauerit. Primo enim necesse est  
in omni homine. illud compleri quod scriptum est.  
Sed ubi uenit mandatum peccatum reuixit.  
Hoc uero quod sequitur. ad paucos dicitur. & cor  
qui iam emendantur quod dicit. Gratias autem  
do. quia fuistis serui peccati. oboedistis autem  
ex corde in eam formam doctrinae. in quam tradi  
ti estis. Serui ergo sumus omnes peccati. sed  
ubi tradita est nobis forma doctrinae. & huic non  
ut cumq; neque solis uerbis. sed ex corde ex animo.

6

ex tota deuotione elegimus oboedire. liberamur  
a seruitute peccati. & efficiamur serui iustitiae.  
Unde uereor ne forte plures simus qui uideamur  
suscepisse formam doctrinae iustitiae. & uerbis  
quidem uel professione iustitiae uideamur  
oboedire. Corde uero oboedimus peccato.  
carnis adhuc in nobis uitiis dominantibus.  
Et ideo ante omnia indigemus illa. de qua supe-  
rius docuit mortificatione membrorum.  
Quod autem dixit. Formam doctrinae inquam  
traditi estis. Requirendum puto quomodo unus  
quisque tradatur. Inuenimus namque quod eos qui  
non probant deum habere innotitiam. tradat deus. se-  
cundum desideria cordis eorum. in immunditiam.  
ut contumelias afficiant corpora sua in semet ipsis.  
Et alios qui commutauerunt gloriam incorruptibilis  
dei. tradat in passionem ignominiae. De quibus  
in locis suis prout potuimus diximus. Et hic ergo  
eos qui semet ipsos exhibent seruos iustitiae  
per oboedientiam. deus tradit. ut instituantur &  
imbuantur secundum formam doctrinae iusti-  
tiae. Mouet me etiam hoc. quod non dixit oboe-  
dientes ex corde doctrinae inquam traditi es-  
tis. Sed formam doctrinae posuit. Nec puto quod  
unum esse senserit apostolus doctrinam. &  
formam doctrinae. Sed uidetur mihi quod for-  
mam doctrinae minus esse scierit. quam ipsam

doctrinam. Et nunc quidem in presenti uita.  
Dum in corpore sumus. & adgrauat terrenum hoc  
habitaculum sensum. multa cogitantem. formam  
doctrinae habemus. Non ipsam doctrinam sic  
& idem apostolus in alius dicit.  
Nunc autem uidemus per speculum in enigmate.  
Ipsa autem doctrina sit. da qua dicit. Tunc autem  
uidebimus facie ad faciem. Vnde & in presenti ui  
ta puto. quod formam adumbram uirtutum tenere  
possimus. Ipsas uero uirtutes tunc cum uenerint  
illa quae perfecta sunt. Et ideo iustus nunc ma  
gis ut mihi uidetur. in umbra uirtutum. quam in  
ipsis uirtutibus uiuit. Et ob hoc fortassis hiero  
nimas in lamentationibus dicit. Spiritus uultus ni  
christi domini cuius diximus in umbra eius uiuimus in  
gentibus. Quod si christus est iustitia & sapientia  
& ueritas. & dicimus in umbra christi uiuimus in  
gentibus. Ergo in umbra iustitiae. & in umbra sa  
pientiae. & in umbra ueritatis uiuimus.  
Etiam si iusti & sapientes & ueritatis amatores es  
se uideamur. Propter ea ergo dicitur. si quis  
se putat cognouisse. nondum cognouit quem admo  
dum oportet sciri. Fortassis enim & iam ipsum  
uerbum dei. secundum hoc quod uerbum caro fac  
tum est. & habitauit in nobis. aliter in presen  
ti uitae statu aliter. cum uenerit quod perfec  
tum est agnosceatur. Itaque nunc in forma

serui. Tunc uero aliter formadi & in patris ae  
 qualitate sentietur. Pro quibus omnibus uel  
 informa doctrinae ut apostolus dicit. Et nondū  
 in ipsa doctrina uel in umbra xpi. ut hieremias  
 nominauit. Et nondum in ipso xpo uiuere ui  
 demur inter gentes. Liberati ergo a peccato.  
 serui facti estis iustitiae. Expositio est  
 in his eorum quae superius dixit. Si enim ultra  
 non seruitis peccato certum est quia liberati  
 ab eo. serui facti estis iustitiae. Sed requiritur  
 quis est qui liberat a peccato. sine dubio ueritatis  
 agnitio. Sic enim dicebat ihs ad iudeos qui credi  
 derant ei. Si credideritis uerbo meo. agnosceis  
 ueritatem. & ueritas liberabit uos.

Veritas ergo est quae liberat a peccato. & ueritatis  
 agnitio. Certum est autem quod omnis qui libe  
 ratus fuerit a peccato. iustitiae seruiat.

Quod autem dicimus iustitiae seruiat. quō iusti  
 tia una est ex uirtutum choro simile est.

Et si diceremus. quia si quis liberatus est a peccato.  
 seruis & ueritati. & seruis & sapientiae. & seruis  
 pudicitiae. & seruis & pietati. Sic enim ego audio.  
 & illud quod dictum est. Aperite mihi por  
 tas iustitiae. ingressus in eas confitebor dno.

Non enim solius iustitiae portas ingreditur. qui  
 confiteri uult dno. sed & ueritatis & sapientiae. &  
 pietatis. & pudicitiae. omnium namque una est

aula uirtutum cuius sibi iustitiae nomine pandi  
ianuas postulat iustus. Humanum dico propter  
infirmitatē carnis uestrae. Sicut enim exhibu  
istis <sup>mbra</sup> uestra seruire immunditiae & iniquitati ad  
iniquitatē. Ita nunc exhibete membra seruire ius  
titiae in scificationē. Pudorem quendam per  
haec inquit apostolus auditoribus. ut hoc saltem  
obsequii dependant iustitiae & scificationi quod  
prius immunditiae iniquitatisque delulerant.  
Quid ergo tam humanum hoc est quid tam leue.  
quid tam sine onere. & quod nulla prorsus possit  
carnis infirmitas excusare. Sicut inquit exhi  
buitis membra uestra seruire iniquitati ad iniqui  
tatem. Ita nunc exhibete membra uestra serui  
re iustitiae in scificationem. In gloria quidem  
est. ut ita quis uirtutibus sicut uitis seruiat.  
Multo enim amplius & multo intentius honoranda  
iustitia est. Sed ego inquit humanae & communi  
ter ago eadem postulo similia requiro. dudum  
currebant pedes uestri ad daemonum templa.  
nunc currant ad ecclesiam dī. Currebant prius  
ad effundendum nunc ad liberandū sanguinē cur  
rant. Protendebantur manus prius ut aliena  
diriperent. nunc protendantur ut propria lar  
giantur. Circumspiciebant prius oculi mulierem.  
aut alienum aliquid ad concupiscendum. Nunc cir  
cumspiciant pauperes & debiles & aegros ad mise

8  
randum. Aures delectabantur auditu uano.  
uel bonorum derogationibus. nunc conuertantur  
ad audiendum uerbum dei. ad explanationem legis  
ad capiendam sapientiae disciplinam. Lingua  
quae conuiciis maledictis & turpi loquitis adsuere  
est conuertatur nunc ad benedicendum dominum.

In omni tempore sermonem sanum proferat honestum.  
ut deus gratiam audientibus. ut ueritatem loqua-  
tur cum proximo suo. sed quid opus est haec singula  
persequi. cum pateat & iam tibi unius cuiusque mem-  
bri ministerium. quod exhibuit uitiis aptare uir-  
tutibus. & actum quem exhibuit immunditiae ad casti-  
tatem. nunc sanctificationemque conuertere.

Uideatur sane hic iustitiam pro omnibus simul uir-  
tutibus nominasse. sicut e contrario iniquitatem  
pro omnibus uitiis posuisse. addidit sane iustitiae  
sanctificationem. Quo uidelicet castitatis partem  
& generaliter cum ceteris & per semetipsam specialiter  
commendare. sed & illud aspice quod ubique  
per arbitrii libertatem designat. & ostendit unum  
quemque habere in potestate sua. ut quae ante  
iniquitati ad iniquitatem seruitia dependebat.  
Haec conuerso in melius proposito iustitiae sanc-  
tificationique dependat. quod utique si fieri non  
possit. si aut natura ut quibusdam uidetur re-  
pugnaret aut astrorum cursus obsisteret.  
Cum enim serui essetis peccati. liberi eratis iusti

tiae quem ergo fructū habuistis tunc in quibus  
nunc erubescitis. Nam si finis illorum mors est  
nunc uero liberi a peccato serui autem facti dō.  
Habētis fructum uestrum in scificatione. finē uero  
uitam aeternam. Quomodo quis peccati ser-  
uus sit. sufficienter iam in superioribus dictum est  
cum exponeremus illum locum.  
Nescitis quia cui exhibētis uos ad oboediendum. ser-  
ui estis eius cui oboedistis. siue peccati siue  
iustitiae. Cum ergo quis peccato seruit  
iustitiae liber est. hoc est alienus est a iustitia.  
Hic enim liberum alienum dicit. & recte quidem.  
Nemo enim potest simul & peccato seruire & iustitiae.  
Sicut & saluator dixit. Quia nemo potest duob;  
dominis seruire. Sed de his plenius supra diximus.  
Illud sane notandum est. esse & liber tatem culpabi-  
lem & laudabilem seruitutem. Nam liberum esse  
iustitiae crimen est. seruum uero esse laudabile.  
Quod autem dicit iustitiae seruum fieri. simul in-  
tellege & sapientiae & pietati & pudicitiae.  
Et omnibus una uirtutibus. sicut e contrario qui pec-  
cati seruus ē. simul & concupiscentiae malae. & irae  
& furoris. & impudicitiae. & rapinae. & omnibus simul  
uitiis ac sceleribus seruit. Unde nosmet ipsos sepe  
discutere debemus. per singula quaeque quae geri-  
mus & in uno quoque actu considerare. cui nam serui-  
amus. peccato an iniquitati. an iustitiae in scificatione.



Quem ergo inquit fructum habuistis tunc. in quibus  
nunc erubescitis. nam finis illorum mors est.

Fructum & bonorum & malorum esse docet scriptura  
diuina. ut ipse saluator in euangelio dicit.

Aut facite arborem bonam. & fructum eius bonum. aut  
facite arborem malam. & fructum eius malum. Non po-

test arbor bona fructus malos facere. neque arbor  
mala bonos fructus facere.

In quibus propositum &  
uoluntas hominis arbor dici uideatur. uel bona uel  
mala. fructus uero eius opera.

Siquis igitur con-  
uertat animos & propositum ad iustitiam. erubescit sine  
dubio.

Et ipse notat de prioribus gestis quae egit.  
positus sub peccato. quia finis illorum mors est. Sed re-  
quiro quae mors certum est. quia non ista communis.

Non enim quis post mortem conuertitur ad iustitiam  
uel pro male gestis praeteritis erubescit.

Quid ergo est  
numquid nam peccati mortem dicere uideatur. quo ani-  
ma quae peccat ipsa morietur.

Nam illud magis po-  
test intellegi quod istam mortem dicat. quacumque peccato  
moriemur. & uitiis ac sceleribus finem damus  
ut propter hoc dixisse uideatur quia finis illorum mors est.

Nunc uero liberati a peccato. serui autem facti deo.  
habetis fructum uestrum in sanctificatione. finem  
uero uitam aeternam.

Fructus fructibus comparat  
& peccati quidem fructus pro quibus nunc. hoc est  
postea quam liberati a peccato. & serui facti deo. sancti  
erubescunt. pronuntiat morte finiri.

Fructus uero

iustitiae qui sunt in sanctificatione. finem dicit acci-  
pere uitam aeternam. In quo illud primo non  
est omitendum. quod fructus quidem eos pro qui-  
bus nunc erubescimus in quos sint noluit nominare.  
Eorum uero fructum qui liberati sunt a peccato & ser-  
ui facti sunt dō. dicit esse in sanctificatione.  
Bonorum enim frequentius quam malorum habenda  
memoria est. Quod autem prius de malis fructibus  
& sine eorum. postea uero de fructibus qui in sancti-  
ficatione sunt & de sine eorum quae est uita aeterna  
memorauit. Vide quia simile est hoc dicto pro-  
phético illi quo ait. Ego occidam & uiuere fa-  
ciam. & iterum percutiam & ego sanabo. & rursum  
in iob. Ipse dolere facit & remedium dat per-  
cutit & manus eius sanat. Quae omnia illuc  
aspiciunt. quod ante moriendum cum xp̄o. & ita  
conuiuendum & ante conpatiendum. & ita conreg-  
nandum. Nisi enim prius per penitentiam pec-  
cato moriamur. non possumus prius per iustitiam  
uiuere dō. Sed & hoc quod superius dixit. Libera-  
ti autem a peccato. Non similiter dixit. serui facti  
estis iustitiae. sed serui facti estis dō. Non est oti-  
osa distinctio. per hoc enim ostenditur. quod postea  
quam quis liberatus fuerit a peccato. seruire debet  
primo iustitiae. & omnibus uirtutibus simul.  
Ut inde per profectum ascendat ad hoc. ut seruus fiat  
dō. Quamuis & seruire iustitiae seruire sit dō.

Xp̄s ē enim iustitia. & seruire xp̄o. seruire dō est.  
 Est tamen ordo profectū. & sunt in uirtutibus gra-  
 dus. & idcirco dicitur xp̄s. regnare profecto. secun-  
 dum hoc quod iustitia est donec in uno quoque con-  
 pleatur plenitudo uirtutum ubi uero mensura fue-  
 rit perfectionis expleta. Tunc dicitur tradere  
 regnum dō & patri. ut iam sit d̄s omnia in omnibus.

Sed & illud adhuc obseruandum puto. quō conlationē  
 diximus. fructuū malorum & fructuū bonorū fecisse  
 apostolum. Quod ibi quidem ubi de malis fructibus  
 dicebat. non dixit fructum uestrū habuistis in qui-  
 bus erubescitis. sed dixit. quem ergo fructū habuis-  
 tis. Vbi uero de bonis fructibus dicit addit uestrū.

Sic enim scribit. habetis fructū uestrū in sanctificatio-  
 ne. Per quod indicare mihi uidetur quod fructus  
 malus fructus erubescendus & penitendus. non ē  
 noster fructus. Non enim malam in nobis arbore  
 d̄s plantauit. quae fructus malos profert. Sicut  
 & ipse per prophetā dō. Ego te plantaui uitam fruc-  
 tiferam totam ueracē. quomodo conuersa es in a-  
 maritudine uitae alienae. Fructus ergo malos  
 & iam si adferamus. non sunt nostri sed alieni. id est  
 peccati. fructus uero bonos si adferimus in sancti-  
 ficatione. nostri sunt fructus. Istos enim fructus  
 ut adferret humana natura a conditore suscepit.  
 Nam illi alieni sunt. non sunt in nobis seminati a dō.  
 Uis autem scire quia d̄s non seminat malos fructus.

audi eum in euangelio dicentem . 7

Nonne bonum semen seminauimus in agro . unde ergo  
habetis fructum . & respondit inimicus homo hoc fecit .  
Et adhuc uis amplius discere . quia isti carnis fructus  
non sint nostri sed alieni . Ipse iterum dominus in euan-  
gelio dicit . Si in alieno fideles non fuistis . quod uest-  
rum est quis dabit uobis . Sic ergo profundae ratio-  
nes mysterio . in malo quidem fructu . apostolus non  
addit uestrum . De bono autem dicit . habetis fruc-  
tum uestrum sanctificationem . Quod autem per-  
fectiores dicat . hic quos seruire deo nominauit . quam  
illos quos primo seruire iustitiae dixerat . Etiam ex hoc  
probatur . quod horum fructum in sanctificatione  
posuit . qui intellegi possunt huius esse qui se castita-  
ti & continentiae deuouerunt . illi autem quos seruos  
dixit esse iustitiae . possunt etiam huius uideri qui  
in coniugiis positi . iustitiae tamen & ex omnibus opera  
prebent . De uita autem aeterna quam et in aliis lo-  
cis saepe nobis dictum sit . tamen & presenti breuiter  
perfringendum est . quod aeternitas in scripturis .  
aliquando pro eo ponatur ut finem nesciat . Aliquan-  
do uero ut presenti quidem seculo finem non habeat .  
habeat tamen in futuro aliquando uel temporis alicui-  
us uel etiam uitae unius hominis spatium aeternitas  
appellatur . ut est illud in lege scriptum . de seruo he-  
braeo . Si dilexerit inquit uxorem suam & filios  
suos & permanere uoluerit in seruitute . propter ipsam

11  
subula inquit per tundes aurem eius in poste. & erit  
tibi seruus in aeternum. Aeternū hic sine dubio  
tempus uitae hominis posuit. Et iterū in ecclesi  
aste dicitur. Generatio uadit. & generatio ue  
nit. terra autem in aeternum stat.

Hic aeternum presentis seculi tempus ostendit. ubi ue  
ro dicit uitam aeternam. Ad illud aspiciendum est  
quod ipse saluator dixit. Haec ē aū uita aeterna.  
ut cognoscant te solum uerum dñm. & quem misisti ihm  
xpm. Et iterū ego sum uia & ueritas & uita. & ipse  
apostolus in alius dicit.

Quia rapiemur in nubibus obuiam xpo in aera. & ita  
semper cum dño erimus. Sicut ergo semper esse  
cum dño finem non habet. ita & uita aeterna nullum  
finem habere credenda est. Stipendia enim peccati  
mors. gratia aū dī uita aeterna in xpo ihū.

Simile ē hoc quod dixit. stipendia peccati mors. illi  
quod superius dixerat. finē illorū mors. quorū aū illoꝝ  
sine dubio pro quibus nunc erubescitis. quorū fructus  
ne nominare quidem aestimat dignū. Et iterum.  
gratia aū dī. in xpo ihū dño nrō. Simile ē illi  
quod dixit. Habetis fructū uestrū in sanctificatione.  
finem uero uitam aeternam. Bene aū metaforam  
id est figuram militiae ex initio propositum seruat.  
Ut militantibus sub peccato. rege immo potius tyrannidi  
eius parentibus stipendia debita mortē dicat ex  
solui. Dñm uero non erat dignū militibus suis stipendia

quasi debetum aliquod dare. sed donū & gratiam .  
dh quae ē uita aeterna in xpō ihū dñō nostro . Sed quia  
fortassis scire uoluit esse uitam aeternam solum . &  
aliud uitam aeternā in xpō ihū . Et illi enim qui sur-  
gunt in confusione . & opprobriū sempiternum .  
habent quidem uitam aeternam .  
Non tamen in xpō ihū . sed in confusione & opprobrio ae-  
terno . Iusti uero qui surgunt in uita aeterna in  
xpō ihū . habent uitam aeternā . Peccatum ergo  
multibus suis in quibus regnat stipendia digna largitur  
mortem . Mortem autē dicimus non hanc corporale .  
Sed illam de qua scriptū est . quia anima quae peccat  
ipsa morietur . Et quam uis de diuersitate mortis .  
a nobis saepe iam dictum sit . tamen quo praesens am-  
monuit locus . apertius eadem reperere . & in unum  
quae sparsim sunt dicta colligere . Neque mihi pigrū  
sit . neque legentibus onerosum . Mortis in scripturis  
unū quidem nomen est . sed multa significat . Et enim  
separatio corporis a anima . mors nominatur . Sed  
haec neque mala . neque bona dici potest . est enim me-  
dia quae dicitur indifferens . & rursus separatio ani-  
mae a dō . mors appellatur . quae per peccatum  
uenit . haec aperte mala ē quae & peccati stipendium  
nominatur . Hanc mortē dñs non fecit . neque laeta-  
tur in perditione uiuorū . sed inuidia diaboli mors haec  
introuit in orbem terrarū . Et iterum . ipse auctor  
mortis huius diabolus mors appellatur . & ipse ē qui

dh ego n̄ puto sc̄iā hoc uacuum ēē quod ad uitā aeternā addidit in xpō ihū dñō nostro .

dicitur inimicus xpi. Nouissimus destruendus. sed  
 & inferni locus in quo animae delenebantur morte.  
 Etiam ipse mors appellatur. Dicitur uero & illa mors  
 laudabilis. qua peccato quis moritur & xpo consepelitur  
 per quam emendatio fit animae & uita aeterna con-  
 quiritur. Cum ergo tanta differentia in hoc uno  
 nomine mortis habeatur. si audias dm dicentem.  
 Ego occidam & uiuere faciam. Intellegere de  
 his quae sit mors quam decet inferre dm. illa sine  
 dubio quae conferat uitam. idest ut moriatur quis  
 peccato. & uiuat do. Sic enim & dauid dicit de do.  
 Cum occideret eos exquirebant eum. Apertissime do-  
 cent. quia quem ds occidit. propterea occidit ut pec-  
 cato moriatur. Et quaerat dm. sic ergo audio & illud  
 quod scriptum e. Et occidit ds her. quo malignus erat.  
 Et si quid aliud huiusmodi de do legimus scriptum.  
 sic & apostolus peccatorem tradebat in interitu carnis.  
 ut spm faceret saluum. Hoc est ut moriretur pecca-  
 to. & uiueret do. & in presentia igitur loco. stipendia  
 quae dat peccatum mors esse dicuntur. Non ista  
 mors quae sepeccat corpus ab anima. sed illa quae  
 per peccatum separatur anima a do. Et rursum.  
 nos in morte xpi dicimur baptizari. in illa sine du-  
 bio morte qua peccato mortuus est semel. Qui  
 autem do ut & nos separemur a peccato. & uiuamus do.  
 Tali namque morte qui moritur. iustificatus esse dici-  
 tur a peccato. Sic ergo habenda distinctio est.





13  
in eum qui suscitauit ihm dnm nostru amonit. /  
Post haec & iam qualis eorum conuersatio debet  
esse subiungit. In quibus & de peccato adam ac  
iustitia xpi differunt. sed & de seruitute ac libera  
te qua uel iustitiae quis seruit. & liber est a pecca  
to uel peccato seruit. & iustitiae liber est dispu  
tauit. Nunc ergo post excessum quemdam latius  
habitum redit denuo ad tractatum legis & xpi.  
Talia quaedam in presenti differens loco. quae paul  
ulum repetentes secundum litterae consequentia  
prius aperire temptabimus. tum & iam prouerbis  
quid unusquisq; sermo uirtutis habeat requiremus.  
Loquor inquit uobis qui scientiam legis habetis. & scitis  
sensum eius non esse in uetustate litterae. sed in sps  
noui tate. Hoc est enim scientibus legem loqui. &  
appello uos propter huiusmodi legis scientiam fra  
tres. & dico. numquid ignoratis. quia lex unicuique  
mancipato & seruenti sibi dominatur. sicut uir  
iunctae sibi mulieri. & sicut uir in omni uita sua  
dominatur mulieri legibus sibi iunctae. Ita &  
homini qui sub lege est quam diu uiuit & ual & do  
minatur lex. Sed sicut uiro cui legibus subiecta  
fuerit mulier si accidat mori. libera efficitur  
mulier. & a uiri potestate resoluitur. Ita & is  
qui sub lege est si accidat legem mori ab operibus  
legis. liber efficitur. Et mulier quae prioris uiri

legibus absoluta est: habet libertatem ut alii uiro  
iungatur. Ita is qui sub potestate legis uixit. ubi  
mortuam uidit litteram legis. habet potestatem  
uiuenti uerbo. tanquam uiro sociari. Si uero  
uiuentem adhuc priorem uirum uoluerit mulier  
relinquere & alii sociari. adultera sine dubio ap-  
pellabitur. Quod similis forma etiam in eum  
cadet. qui legem ut uirum uiuentem deserit. & alii  
iungitur. Haec autem tanquam scientibus. ut dixi  
legem loquor fratribus. ut intellegatis quia & uos  
legem tanquam uirum mortuum reliquistis.  
Mors autem illius per aduentum xpi. & assumptionem cor-  
poris eius est. per quod uos effecti estis. id est iuncti  
alii uero. illi scilicet qui amor tuus resurrexit. & ultra  
mortem non recepit. quam recipit prior ille uir.  
Id est lex. Vos ergo nunc facti estis eius uiri. qui  
amor tuus resurrexit sponsa. & ideo secundum ipsi-  
us uoluntatem uiuere debetis. quia iam non sumus  
in carne. sed in spiritu. Etiam si aliquando in  
carne positi peccati. & carnis passionibus urge-  
bamur. quae passionem per occasionem legis in  
membris nostris fructificabant. Nondum. sed mor-  
ti. illi morti quam deus non fecit; Nunc ergo sicut  
cum moritur uir. libera est & absoluta mulier  
a lege uiri. Ita & nos liberi facti sumus a lege.  
quae uidebatur nobis dominari tanquam uir.  
cui legi sine dubio etiam nos mortui sumus. & a

lieni a conditione eius in qua detenebamur.  
 Ut & iam post haec seruiamus non in uetustate lit-  
 terae sicut prius. sed in nouitate sp̄s. quem sp̄m ab  
 sponso nro tamquam nuptiale pignus accepimus.  
 sicut & alibi dicit. quid dedit nobis pignus. sp̄m.  
 hic est ordo eloqui & haec apostolici conpago  
 sermonis. sed nunc repetentes quae dicta sunt. dis-  
 cutiamus per singula. Aut ignoratis inquit  
 fratres. scientibus enim legem loquor. quia lex do-  
 minatur homini quanto tempore uiuit.  
 ꝑ per baton statim in principio habet. quod ita re-  
 ditur. Aut ignoratis fratres quia lex dominatur  
 in homine quanto tempore uiuit. Et post haec  
 reditur ad illud quod in medio insertum est.  
 scientibus enim legem loquor. quod autem dixit  
 scientibus legem loquor. simile est illi quod paulo  
 post dicit. Scimus autem quō lex spiritalis est.  
 Legem uero spiritalem esse. non solus paulus scie-  
 bat. sed & hi qui ab ipso inbuebantur. qui tamen  
 spiritales erant de quibus dicit. Spiritalis autem  
 examinat omnia. Nam de galatis non possumus  
 pronuntiare. quod sciant legem spiritalem esse.  
 de quibus dicit. O insensati galatae. nisi forte  
 hinc scierint cum spū. coeperant. sed non per manse-  
 runt in hac sententia quia carne consummati sunt.  
 Apostolorum uero doctrina. & eorum qui ab ipsis in-  
 stituebantur addocendū. Talis erat quae doceret

homines seruire legi. non in uelustate litterae.  
sed in nouitate sp̄s. Quod non solum apostolos sed  
prophetas. & si quierant tunc sapientes in populo sen-  
sisse arbitror. quia lex spiritalis est. licet & multitu-  
dinis causa. & iam carnalē uiderentur obseruantia  
custodire. Nec mirum cum & ipse paulus dicat.  
quia factus sum iudeis sicut iudaeus. ut iudaeos lu-  
cri faciā. Ita ergo multi in populo priore proficie-  
bant in scientia spiritali & uidebant gloriam uerbi  
di. sicut & esaias uidisse scribitur gloriam filii di.  
ut testatur iohannis cum dicit.

Haec autem dixit esaias quando uidit gloriam eius,  
scientibus enim loquitur paulus.

Id est scientibus quae sit in lege uelustas litterae  
& nouitas spiritus. quod qui bene scit. nouit sine  
dubio quod ita lex dominatur homini quam diu uiuit.  
sicut uir mulieri; & sicut morte uiri liberatur  
mulier a lege coniugii. & sociandi se uiro alii accipit  
libertatem. Ita & anima. cuius uir lex est.  
cum uelustate litterae in lege deprehenderit.  
quia quod uelere scit prope exterminium est. uelu-  
ti mortua sibi lege. secundum litteram libertate  
accipit nubendi alii uero. qui est sp̄s legis.  
sp̄s autem sp̄s autem dñs est. Quod autem dixit  
lex dominatur homini quanto tempore uiuit. uiuit  
non ad hominē sed ad legem refertur. hoc enim &  
in consequentibus indicat ubi dicit uiuente uiro

15  
alligata est legi & ipsius exempli. quod adsumptum  
est plenius. id ordo declarat; Legem enim loco  
uiri posuit. & de ipsa dicit; Si autem mortuus fue-  
rit uir. soluta est a legi uiri. quae tamen si de apo-  
stolis uel his qui ex circumcissione crediderunt  
dicta intellegantur. nihil commouebitur quaestio-  
nis. clarum namque est quod huius legem uelut uirum  
habuerint priorem sub cuius potestate uiuebant.  
sed ubi uenit plenitudo temporum Lex infirmari  
coepit in carne. & iterum infirmitatem mors con-  
secuta est. & si qui sub potestate uiri huius uixerant.  
ac inquam mulier mortua littera spiritui nubunt  
christo credentes. huius uero qui ex gentibus domino credide-  
runt non uidebantur sub huius uiri. id est sub legis  
potestate uixisse. nec habuisse legis uirum ser-  
monem. Testimonium autem huius rei. id est quod  
huius qui ex circumcissione sunt sub uiro fuerint. huius  
autem qui ex gentibus sine uiro esaias dabit dicens.  
Laetare sterilis quae non paristi. erumpe & excla-  
ma quae non paristi. quia multi filii desertae  
magis quam eius quae habet uirum.  
Multos filios dicens. desertae magis quam eius  
quae habet uirum. quod multo plures ex gentibus.  
quam ex circumcissione crediderint. & ostendit eam  
quae habet uirum sinagogam esse quae habet legem.  
Desertam uero & uirginem. ac si illa legis potestate  
uiuente gentium multitudinem. quae & sterilis

erat nullius legitimi uerbi proferens germen.

Ponitur ergo in his ab apostolo homo qui sub lege uiuit. tamquam mulier quae sub uiro est. uirum autem ponit sermonem legis. quae enim tamen uirum mortalem dicit. qui est secundum litteram sermo legis. sed is quo modo sit mortuus per uidendum est; potest quidem & iam in hoc uideri mortuus cum spiritalis intelligentia excludit. & uelut interim corporalem. & ostendit refugium esse occidentem litteram. & sequendum uiuificantem spiritum. sed & hoc modo mortuus esse hic uere uidentius adprobatur; Ita enim dum lex umbram gerebat futurorum bonorum. & in hierusalem terrena caelestis cultura. & typus. & imago gerebatur. & alta remanebat. ac sacerdotium sermo litterae legis uidebatur.

Non dum enim introierat in sancta non manu facta christi. nec accesserat ad uelamen interius. quod ad hebreos scribens apostolus. carnem christi esse interpretatur; ubi uero uerbum caro factum est & habitauit in nobis. & presentia eius hierusalem terrena cum templo & altari atque omnibus quae inibi gerebantur euersa est; Tunc mortuus est uir eius. id est secundum litteram lex; aut non iure dicetur in hac parte mortuus sermo legis. cui nulla sacrificia. nullum sacerdotium. nulla leuitici ordinis ministeria deferuntur. homicidam punire non potest. nec adulterum lapidare; Haec enim sibi uindicat romanorum potestas. & dubitas adhuc si mortua sit secundum litteram.

Lex ter in anno apparere dno omnis masculus.  
 non ascendit ouis infestuitate paschae in ciuitate  
 quam elegisse putatur dñs. dñs nulla uigilatur ma-  
 nipuli primitiuarum. nulla caelebratur oratio nul-  
 la lepra. nulla peccati purgatur immunditia. & du-  
 bitari in his omnibus mortuam esse litteram legis;  
 cum ergo claruerit per haec omnia mortuum esse  
 uirum priorem. nulla preuaricatio est xpo. tam-  
 quam uiro alteri sociari sicut mulieri crimen non  
 est. si uiro priore defuncto suscipiat secunda  
 conubia. & propterea dicit. Igitur uiuente  
 uiro cognominabitur adultera. si fuerit cum alio ui-  
 ro. ut ostendat quia & anima hominis si iam uenit  
 ad xpm. & xpo. uelut secundo uiro sociata est. nullo  
 genere uiuere ei debet uetustas litterae. quae est  
 quasi prior uir. Ne forte si illu habeat in se uiuen-  
 tem efficiatur adultera. quae ita secundo socia-  
 ta est. ut ei adhuc uiueret prior. hoc est quod per  
 aliam figuram & in superioribus dixit. Quia mori  
 prius oportet. & ita conspeli in xpo. denique & iam  
 hic addit in posterioribus.

Itaq; fratres mei. & uos mortificati estis legi per  
 corpus xpi. ut sitis alterius qui ex mortuis resur-  
 rexit ut fructificemus do.

Uides quomodo licet figurarum diuersitas uideat.  
 ad unum tamen sensum coniecta reuocantur.

Nam & quod legem nobis mortuam dicit. hoc idem

uult intellegi quod & si nos mortificati sumus legi  
per corpus xpi. in quo corpore iniquitates nostras  
& peccata nostra portauit. & in quo exiit principa-  
tus & potestates triumphans eos in semetipso.  
Festinandum est ergo ad istas secundas nuptias. que  
bextiores sunt multo quam prime. & uide si forte iam  
tum lex tale nescio quid adumbrat. in eo cum iubeat  
ut mulier mortuo uiro priore. de quo semen non suscepe-  
rat. Talis enim fuerat qui fructum non possit adfer-  
re. iubetur fratri eius nubere. frater uidetur idem  
legis litterae secundum spm lex. ut de ipso magis  
mulier adferat fructum. sed plenius in locis suis requi-  
rentur. Nunc autem ut diximus prius moriendum  
est legis litterae. ut sic coniungi possimus xpo. qui  
ex mortuis resurrexit. Potest autem fieri. ut hoc  
non solum secundum legem moysi. quae est secundum  
litteram sentiat. Sed omnis homo quo certum est  
quod quibuscumque institutis. quibuscumque moribus  
agitur. quasi sub lege hac qua uitur uiuere creden-  
dus est. Cui utique uel ipse mori debet. uel ipsa illi.  
Ne forte sub alio uiro posita. anima ad xpm ueniens.  
Non tam nuptias eius adire. quam adultera effici  
uideatur. quippe si prioris adhuc uiri legibus uiuit  
quod tamen apostolus alia rursu figura ad eundem  
sensum explanationis adducit. Subiungit enim.  
Cum autem essemus in carne uitia peccatorum.  
quae per legem erant operebantur in membris nostris.



ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus  
a lege mortis in qua detenebamur. ita ut seruiamus  
innouitate sp̄s. & non in uetustate litterae.

17

Apparet & in his ut superioribus per exemplum  
cuiusdam similitudinis diximus paulum. ex alio  
in aliud conclaue incertis & occultis ingressibus di  
gredi. Cum enim in superioribus de lege litterae dis  
putasset. quod utique ad eos uideretur. Tantum  
qui ex circumcissione crediderant pertinere.

Nunc latenti quaedam conuersione carnis. & uitio  
rum discutit legem. ob id sine dubio ut & iam ad ce  
teros homines non eos solos qui ex circumcissione sunt  
tractatus iste pertinere uideretur. ait ergo.

Cum enim essemus in carne. Et quidem quan  
tum ad rem spectat. in carne utiq; positus  
ista dicit. Sed cum in carne essemus hoc est cum  
secundum carnem uiueremus.

Uitia peccatorum quae per legem erant. operabantur  
in membris nostris. Quae nam lex ista est. per  
quam peccatorum uitia operantur. Num quid lex  
moysi. & iam si secundum litteram obseruetur uitia  
generat peccatorum. Sed in aperto est quod illa  
legem dicat membrorum. quae resistit legi mentis.

De qua & ante tractauimus. quomodo lex sub intro  
uit. ut abundaret peccatum. Ipsa ergo lex est  
quae facit in his qui secundum carnem uiuunt.  
uitia peccatorum abundare ut fructificent morti.

Ad hoc namque est illa lex in membris nostris.  
ut resistens aduersum legem mentis. Captiuos nos  
ducat peccato. & hos fructus offerat morti.

Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detenebamur.  
Ab hac ergo lege nunc soluti sumus.  
nunc quando sine dubio. quando cum xpo mortui  
sumus. & consepulti ei. per baptismum & cruci fixi cum  
ipso. & ideo dicit soluti sumus a lege mortis. nisi enim  
quis mortuus fuerit cum xpo. ab ista lege non soluitur.  
Scio & alius exemplaribus scriptum a lege mortis in  
qua detenebamur. Sed hoc id est mortui. & uerius  
est & rectius. Quod uero addit in conclusione ita  
seruiamus in nouitate spiritus. & non in uetustate litte  
re. quodque sine dubio de lege littere dictum  
uidetur. hoc modo consequenter intellegi poterit.  
In carne quidem positi & secundum carnem uiuentes.  
propter peccatorum uitia. quae lex illa quae erat in  
membris nostris a lebat ut fructificaretur morti.  
Non poteramus seruire nouitati spiritus. dum illa lex membro  
rum uiuebat in nobis. immo dum nos secundum illam  
legem uiuebamus. ubi uero xps. pro nobis mortuus  
est. & nos cum ipso mortui sumus peccato. & liberati  
sumus per ipsum a lege peccati in qua detenebamur.  
possumus iam seruire legi dei. seruire autem in noui  
tate spiritus. Non in uetustate litterae. non enim id  
circo nos xps. abstraxit a lege peccati. ut uetustati  
litterae seruiamus. id est ut circumsisionem recipiamus.

& sabbata uel cetera quae uel iustas legis litterae con-  
 tinet. Sed ut legē dī in sp̄s nouitate seruemus. id  
 est ex omnibus quae in ea scripta sunt. spiritalem  
 sensū sp̄i donante capiamus. Sicut & idem apostolus  
 in alius dicit. Quia uelamen est positum in faciem  
 mor̄si. Cū autem conuersus fuerit quis ad dñm. aufe-  
 retur uelamen. Dñs enī sp̄s est. ubi autem sp̄s dñi. ibi  
 libertas. Nouitate sane sp̄i. scio quosdam male  
 intellegentes illuc traxisse ut dicerent nouum esse  
 sp̄m. tanquā qui ante non fuerit. nec ueteribus inno-  
 tuerit & nesciunt se in hoc grauissime blasphemare.  
 Ipse enim sp̄s est in lege. ipse in euangelio. ipse enim cum  
 patre & filio est. & semper est & erat sicut pater & filius.  
 Non ergo ipse nouus est. sed credentes innouat. Cū eos  
 a ueteribus malis ad nouam uitā & nouā obseruantia xpi.  
 religionis adducit & spiritales ex carnalibus facit.  
 Quid ergo dicemus lex peccatū est absit. sed peccatū  
 non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam  
 nesciebam. nisi lex diceret. non concupiscis.  
 Occasione autem accepta peccatū per mandatū ope-  
 ratū est. in me omnē concupiscentiā. Sine lege enī  
 peccatū mortuū. ego autem uiuebam sine lege ali-  
 quando. sed ubi uenit mandatū peccatū reuixit.  
 Ego autem mortuus sum. & inuentū est mihi mandatū  
 quod erat ad uitā hoc esse ad mortē. peccatū enī oc-  
 casione accepta per mandatū seduxit me & per illud  
 occidit. Itaque lex quidem sancta & mandatum

sanctū & iustum & bonum. Quod ergo bonū ē  
mihi mors ē absit. Sed peccatū ut appareat pec-  
catum. per bonū mihi operatum est mortem.  
ut fiat supra modū peccatū. ipsum peccatū per  
mandatum. In his locis positos crebro nos  
necesse est de legum diuersitatibus commonere.

Hoc enī uult paulus qui sub uno legis nomine sensū  
de una ad alteram tactis indicis transfert. illo  
ut arbitror prospectu. quo & scripturae propheticę  
constant. Ne ea quae inspirati diuinitus prolocun-  
tur in politis hominibus & minus ad haec uel fidei  
uel studii deferentibus in propatulo ponerentur  
& pedibus. ut ita dixerim conculcanda traderent.  
Sed ut secundum ea quae supra per quandam si-  
militudinē diximus. mysteriū regis ad paucos &  
occultius perueniret. At itaque

Quid ergo dicemus Lex peccatum est.  
Putasti inquit me de lege. mors si dicere. quia pecca-  
tum ē absit. Absit ad utrumq; sufficiat. quia ne-  
que de lege mors si loquor neq; de ipsa dico quia pec-  
catum est. Sed peccatū non cognoui nisi per le-  
gem. Nam concupiscentiā nesciebam nisi lex di-  
ceret non concupiscis. Intellege inquit de qua  
lege loquar. quae nisi esset peccatū. nemo cog-  
nosceret. Numquid mors si lex est per quā adam  
cognouit peccatū suū. & abscondit se a conspectu  
dn̄i. Numquid mors si lex ē. per quā cain cognouit

peccatū suū & dixit. Maius ē peccatū meū quam  
 ut relinquer. aut per quā farao cognouit peccatum  
 suū & dixit. dñs iustus est. ego autē & populus meus  
 impii. Quod si om̄ alique innumeri ante moysi  
 legē cognouerunt peccatū suū. non erit sine dubio  
 moysi lex. de qua dicit apostolus. Quia peccatum  
 non cognoui nisi per legem. & de qua dicit.  
 Concupiscentiā nesciebam nisi lex diceret non concu-  
 piscis. Sed est illa lex de qua frequenter diximus.  
 quod in omniū cordibus scripta est. non atramento  
 sed spū dī uiui. & docet unumquemq; quid agendum  
 sit. quid cauendum. Ipsa ē ergo per quam agnoscit  
 homo peccatū suū. loquitur enim nobis intra con-  
 scientiā. & dicit. non concupiscis. Sed quō non sem-  
 per. nec ex initio ut nascitur homo. Lex ista inue-  
 nitur in homine. sed aliquandiu dum aetas nondū  
 patitur. sine hac lege uiuitur. sicut & ipse paulus  
 fatetur qui dicit. Ego autē uiuebam sine lege  
 aliquando. In illo tempore quo sine lege uiximus.  
 concupiscentiam nesciebam. non dixit. non habebam.  
 sed ait. Nesciebam tamquā quae esset quidem. igno-  
 raretur. tamen quia esset concupiscentia.  
 Ubi autem uenit ratio & lex naturalis. locū in nobis  
 processu aetatis inuenit. docere nos coepit quae  
 essent bona & prohibere a malis. Haec ergo  
 dum dicit. non concupiscis quod ante nesciebamus.  
 ab ipsa didicimus malā esse concupiscentiam.

Occasione autem accepta peccatū per mandatum  
operatum ē in me omnem concupiscentiam.

Lex illa de qua dicit quia concupiscentiam nesciebam  
nisi lex diceret non concupisces. Ipsa etiam mandatū  
appellatur. Ait ergo quia occasione mandati huius  
quo concupiscere prohibemur peccatum. uehementius  
exarsit in nobis. & omnē operatus est in nobis concupis  
centiā. In eo namq; in quo concupiscit caro aduersum  
sp̄m. id est aduersum legem. quae dicit non concupisces.  
& iam aduersatur ei. Et certamen quodam modo  
gerit. ut non solū concupiscentiae satis faciat sed & ad  
uersarium uincat. Haec est ergo occasio quā dicit  
uenire ex mandato. nescio quo & enim pacto ea quae  
prohibentur ardentius desiderantur. Ideo cū man  
datum sanctum & iustū & bonum sit. quod enim prohi  
bet malū. Necessario bonū est dum prohibendo con  
cupiscentiam. magis eam prouocat & inflammat per  
bonum mihi operatum est mortem. Indicat tamen  
apostolus in his quod origo peccati ex concupiscentia  
orta sit. Dum prohibente lege siue mori si quae dicit  
non concupisces. siue etiam ut supra exposuimus natu  
rali eo contentiosius quod prohibetur expetit.

Sciendum sane ē quod concupiscentia hic culpabilis ponit.  
Est autem in multis & laudabilis sicut supra ostendimus.

Sine lege enim peccatū mortuū. ego autē uiuebam si  
ne lege aliquando. sed ubi uenit mandatū. peccatum  
reuixit. Ego autē mortuus sum. & inuentū est mihi

mendatum. quod erat ad uitam. hoc esse ad mortem.  
 De his paene omnibus iam in superioribus plene tracta-  
 tum est. unde ne eadem saepius reuoluamus. breuiter  
 quae dicta sunt in memoria reuocabimus. Sine lege  
 peccatum mortuum esse in nobis. hoc est antequam per  
 aetatem rationabilis intra nos sensus uigeret & ostendi-  
 mus. Cum & iam exemplum pueruli percutientis pa-  
 trem aut matrem uel maledicentis adduximus. in quo  
 secundum legem quidem prohibenti percuti. uel male-  
 dici patrem aut matrem peccatum fieri uidetur.  
 Sed istud peccatum mortuum esse dicitur. quia lex nondum  
 adest in puero quae eum doceat hoc quod facit fieri  
 non licere. Sine hac autem lege & paulum & omnes ho-  
 mines certum est aliquando uixisse. hoc est in aeta-  
 te puerili. Omnes enim similiter per illud tempus  
 nondum capaces huius naturalis legis existunt.  
 nam utique non uideretur de hoc pauli esse uera pro-  
 fessio. quomodo enim sine lege mortui probabitur  
 paulus aliquando uixisse. cum esse se habraeum  
 ex hebraeis. & octaua die circumcisum secundum  
 legis precepta fateatur. Sed hoc modo quod diximus.  
 sine lege naturali uixit & iam ipse aliquando in pu-  
 eritia. Quo in tempore non dixit non fuisse in ho-  
 mine peccatum sed mortuum fuisse & reuixisse post  
 modum. Ubi lex adueniens naturalis prohibere  
 coepit concupiscentiam. quae lex ueluti mortuum  
 suscitauit peccatum. Peccati namque natura haec est

si fiat quod lex fieri uelat. Reuiuiscens ergo pec-  
cato. Ego inquit mortuus sum. ego quis anima sine  
dubio quae fecerat. quae lex fieri uelabat. Anima  
enim quae peccat ut propheta dicit. ipsa morietur.  
Inuentum est ergo mandatum quoddam fuerat ad uitam  
animae scilicet. ut eam doceret opera uitae cessasse ei  
ad mortem dum prohibita non tam refugit quam ardentius  
expetit. mouet me tamen in his quomodo dixerit pecca-  
tum mortuum esse & reuixisse. Uidetur enim quia non  
possit dici mortuum. nisi quod aliquando uixerit &  
post modum uita caruerit. Sed & hoc ipsum quod dicit  
reuixit. non nuper datam uitam sed priorem redditam  
docet. Ipse enim sermo reuixit. rursus uixisse signi-  
ficat. Si ergo in anima dicitur reuixisse peccatum quo-  
modo huic quidem hoc sermone apostoli quo ait. Ego autem  
uiuiebam sine lege aliquando. dogmata enim & consuetudines  
eos introducunt quod animas hominum prius in pec-  
coribus uel auibus aut piscibus docet fuisse & sic  
ad homines uenisse & propterea dixisse. In apos-  
tolum. Ego autem uiuebam sine lege aliquando  
quia si ante quam in hoc corpus ueniret humanum  
uixerit in eo ordine uerbi gratia aut auium aut ani-  
malium ubi lex nulla haberetur. quomodo inquam  
ad hoc poterunt respondere cum in anima non nu-  
per exortum sed quod erat mortuum dicat reuixisse  
peccatum & certum est quod si quis reuiuiscit uixit  
aliquando. Numquam ergo anima in eo ordine fuit



se uidebitur ubi peccatum sine lege nec fuisse potuit  
 nec uixisse. Haec aduersū illos dicta sint qui apos-  
 toli sermone addogma imp. iū trahunt. nos autē  
 mortem hanc peccati beneficio di. datam dicimus  
 tempore eo quo sine lege uiuebamur quod & si uiuen-  
 te mandato. quod & sanctū & iustū & bonū est reui-  
 uiscit in nobis peccatū & occidit nos; peccatū enim occa-  
 sione accepta per mandatū seduxit me & per illud  
 occidit. non est accusatio mandati per haec quia occa-  
 sione qua occidit me peccatū uenisse dicit ex manda-  
 to sed haec dicti huius consequentia lex uel manda-  
 tum dicitur quae docet quid fieri debeat quid caue-  
 ri & necesse est illud quod caueri dicit ut doceat quale  
 sit quo per hoc caueri facilius possit. Nemo enim po-  
 test uitare quod nescit. Siquis ergo per legem e-  
 doctus quale sit id quod caueri debeat non tam  
 caueat quam faciat illud occasione quidem legis non  
 faciendae rei scientiā uidebitur accepisse sed lex  
 non idcirco eum docuerat ut faceret quod non debeat  
 & moreretur sed ut non faceret & uiueret.

Sic ergo peccatū occasione accepta per mandatū seduxit  
 me & per illud occidit. Potest hic peccatum  
 uel ipsum auctorem dixisse peccati de quo scriptum ē.  
 Serpens seduxit me. Uel & iam personā finxisse  
 peccato quae uisa sit hominē seduxisse occasione man-  
 dati ut suauem faceret concupiscentiā & anima dū  
 suauitate concupiscentiae delectatur praecurricando

mandatum quod dicebat non concupiscis moreretur.  
Sed ne qui hoc mandato legis adscriberet quod occa-  
sione precepti a peccato seducta est anima & occi-  
sa subiungit apostolus & dicit . . .

- 1) Itaque lex quidem sancta mandatum sanctum .  
2) & iustum & bonum . . . Bonum namque est manda-  
tum & lex sancta est . bona enim praecipit & bo-  
norum obseruantiam mandat . . .
- 3) Quod ergo inquit bonum est mihi mors est absit .  
Obiectione refellit necessario consurgentem & dicit  
non quod bonum legis & mandati mortem mihi intule-  
rit . sed peccatum inquit ut appereat quam iniquum sit  
per bonum mihi intulit mortem . Bonum namque est man-  
datum cum seruetur . si uero non seruetur necessario  
malum erit illi qui perdidit bonum . . . Fit ergo ipsum  
peccatum supra modum peccator ex occasione mandati .  
Diximus & superius quod quasi per sonam finxit pec-  
cati . de ipsa dicat supra modum peccatore effectum  
ipsum peccatum de cuius per sona loquitur occasione  
mandati . Minus enim peccati est si id quod non pro-  
hibetur amittas . si uero uelita & interdicta com-  
miseris supra modum ut ita dicam peccator es quia  
non solum commisisti quod non debuisti sed & preceptum  
preuaricatus es . quod autem diximus peccatum pecca-  
tor malumus uti uis sermonis recipere quam sensum  
apostoli non integre exprimere . quia in latino ser-  
mone angustiauit nos nomen peccati quod neutro

genere declinatur. In greco uero feminino est. & ideo  
 peccatorem eum nos appellauimus. nam ibi peccatrix  
 appellari potest. Scimus enim quia Lex spirita  
 lis est ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato.  
 quod enim operor ignoro. Non enim quod uolo hoc  
 ago sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo illud fa  
 cio consentio legi quae bona est. nunc autem iam non ego  
 operor illud sed quod habitat in me peccatum. Scio enim  
 quod non habitat in me hoc est in carne mea bonum.  
 uelle enim adiacet mihi perficere autem bonum non in  
 uenio. non enim quod uolo facio bonum. sed quod nolo  
 malum hoc ago. Si autem quod nolo ego facio iam non ego  
 operor illud sed quod habitat in me peccatum.  
 Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum quia  
 mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum  
 interiorem hominem. uideo autem aliam legem in mem  
 bris meis repugnantem legi mentis mee. & captiuum  
 me ducentem legi peccati quae est in membris meis.  
 miser ego homo quis me liberabit de morte corpo  
 ris huius. gratia dei per ihesum christum dominum nostrum.  
 Sicut forte illa expositio quam de legum diuersitate  
 tenebamus uolenter praesumpta uidebatur.  
 Aduertat nunc in hoc capitulo quomodo non solum  
 legum sed & personarum diuersitas introducitur.  
 Nam paulus qui in alius dixit. non enim secundum carnem  
 uiuimus. neque secundum carnem militamus. in presen  
 ti loco dicit se esse carnalem & hic sub peccato dicit

se esse uenundatum quia alius dixerat . . .

¶ proelio empti estis & iterum xps nos redemit .

¶ Et rursus qui in alius dixit . . . Uiuo autem iam non ego

¶ uiuit uero xps in me . & iterum quia in per inhabitantem

¶ spm eius in nobis . . . Nunc dicit quia non inhabitat

in me . hoc est in carne mea bonum quod si non inhabitat in car-

ne eius bonum quomodo dicit quia corpora nostra templum

est di . & templum sps sci . sed & cetera in quibus confite tur

alege quae in membris suis est & repugnat legi mentis suae .

captiuum duci se in lege peccati quomodo apostolicae con-

uenient dignitati & paulo praecipue in quo xps . & uiuit

& loquitur sed colligamus ex his quomodo moris est scrip-

turae diuinae & personas latenter & res & causas de qui-

bus dicere uidetur & nomina commutare immo po-

tius eisdem nominibus in alius atq; alius rebus uti

ut in presenti loco ait apostolus . . .

¶ Scimus enim quia lex spiritalis est . . . Hoc adhuc

quod dixit scimus quia lex spiritalis est apostolica

auctoritate pronuntiat . Non enim scit legem

spiritalen esse qui carnalis est & sub peccato uenun-

datus . sed qui habet in se spm . ille scit quia lex spm

talis est quod de lege moris legi conuenit dictum .

Ipsa namque est quae his qui spiritaliter intellegunt

lex spiritalis est & sps uiuificans . qui uero carnali-

ter lex litterae & littera occidens esse memoratur .

¶ quod uero dicit . Ego autem carnalis sum uenundatus

¶ sub peccato . Hic iam tanquam doctor ecclesiae

personā in semetipsum suscepit infirmorū propter  
 quod & alibi dixit factus sum infirmis infirmus ut in  
 firmos lucrarem. & hic ergo infirmioribus quibusque  
 id est carnalibus & qui sub peccato uenundati sunt ef-  
 ficatur paulus carnalis & sub peccato uenundatus.  
 & loquitur ea quae illis loqui moris est excusatio-  
 nis uel incusationis obtentu. ait ergo de se tanquam  
 ex persona illorum loquens. Ego autē carnalis sum ue-  
 nundatus sub peccato. hoc est secundū carnē uiuens.  
 & in peccati potestate libidinis & concupiscentiae praec-  
 tio redactus. Quod enī operor ignoro non enim  
 quod uolo ago sed quod odi illud facio.  
 Quod ait ergo quia ignoro quod operor non tam rem ip-  
 sam quam operatur quis ignorat licet & carnalis sit sed  
 causam rei quam dicitur ignorare quod uero dicit.  
 Non enim quod uolo ago sed quod odi illud facio.  
 Ostendit qualiter carnalis sit & sub peccato uenunda-  
 tus qui haec loquitur tamen & resistere aliquantulū  
 uitus conetur legi scilicet & naturalis instinctus sed  
 uincatur & uitus & opprimatur inuitus ut saepe ac-  
 cidit ut uerbi gratia cum proponit quis patienter fer-  
 re instigantem se & ad ultimum uincitur iracundia  
 & patitur hoc inuitus. irascitur ergo & iam cum nol-  
 let irasci. hoc idem & iam timoris uitio accedere  
 solent ut & contra uoluntatē quis metu & formidine  
 terreatur hoc & elatione subiti uel inopinati honoris  
 saepe contingit ut arrogantior sit & tumidior quā

uult. vincitur ergo in his singulis quonondum spiritalis  
est sed carnalis & iam contra uoluntatem quia uolun-  
tas ista nondum ita fortis & ita robusta est ut defini-  
at apud se usque ad mortem proueritate certandum.  
Nec talis est quae dicat est est non non. ideo non potest  
agere quae uult sed quae non uult. tamen ex ea par-  
te qua non uult malū consentit legi dī quia bona est  
quae prohibet malū & in consonantia quandam ad legē  
dī. lex naturalis adducitur ut eadem uellent atque  
eadem nollent. quod si secundū uoluntatē legi dī consen-  
timus. Malū ergo quod facimus non iam nos id sed pec-  
catū quod in nobis est operatur. id est lex & uolun-  
tas carnis quae captiuos nos ducit in lege peccati &  
hic quidem paulus carnalis dicit. quia iam non ego  
operor illud sed quod habitat in me peccatum. paulus  
uero spiritalis in alius dicit. Quia abundantius  
quam omnes illi laboraui non aū ego sed gratia dī me-  
cum. Ut ergo iste labores suos non sibi sed gratiae  
dī quae in ipso operabatur adscribit ita & ille car-  
nalis opera non bona non sibi sed peccato quod in se  
habitat & operatur adnumerat. ideo ergo dicit.  
Non iam ego operor illud sed quod habitat in me  
peccatū. & non enim habitat in me hoc est in car-  
ne mea bonū. Nondum enim in eo xps. in habi-  
tat neque corpus eius templū est dī. Verum ta-  
men non usque quaque cuius persona proponitur  
alienus est ab omni sed proposito quidem & uoluntate

coepit bona requirere nondum tamen potest bo-  
 na rebus & operibus obtinere est enim talis que-  
 dam infirmitas in his qui initia conuersionis ac-  
 ciunt ut cum uelit quis statim facere omne  
 quod bonum est non statim uoluntatem sequatur  
 effectus. Nam & meditatatur apud semetipsum &  
 decernit uerbi causa ut non irascatur & hoc inuo-  
 luntate definit sed quo longo usu & consuetudine  
 diuturna uitium iracundiae dominatum est obsis-  
 tit & iam uoluntati & proposito ac solito sibi usus  
 itinere uis furoris erumpit. Similiter agit & libi-  
 dinis uitium pari quoque consuetudinis morbo & men-  
 dacium subrepat & formido de terra. Et in his sin-  
 gulis iste qui iam initia conuersionis accipit con-  
 petenter dicit. Quia uelle adiacet mihi.  
 perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod  
 uolo bonum hoc ago. sed quod odimalum illud facio.  
 Quod si iudicium de bono habet uoluntas. consuetudo autem  
 carnalium uitiorum. uel lex carnis. uel lex membro-  
 rum appellata est. Obsistit subrepat ex eo quod bo-  
 ni uoluntatem gerolis & agam mala tamen quia in-  
 uitus ago consentio legi di quia bona est. Odi enim  
 mala & cupio agere quae lex iubet bona. quod si  
 contra uoluntatem mala ago uictus consuetudine  
 uitiorum usque peccandi non iam ego hoc est inte-  
 rior homo qui bonum uolo hoc facio. sed quod inhabi-  
 tat in me peccatum. Consuetudinem namque peccandi

peccatū nominauit. Inuenio igitur legem uolenti mi  
hi facere bonum. quia mihi malū adiacet. Condelec  
torem legi dī secundum interiorem hominem.  
Et in his ut sepe in superioribus commonuimus non uiden  
tur elocutiones integræ explicari sed conuinctio  
num uel abundantia uel in proprietatibus inpedi  
ri. Tali ergo quodam ordine legere debemus ut in  
tellectus lucidior fiat. Igitur quia malum  
mihi adiacet uolens facere bonū inuenio legem  
dī. & condelector ei secundū interiorem hominem  
per quod ostendit quia interior homo hoc est uolun  
tas & propositū quo initium accipit conuerti ad dīm  
legi dī consentit. & delectatur in ea. Sed ut super  
ius diximus non statim ut uoluntatē quis habuerit  
conuerti ad bona. & iam usus boni operis subsequatur.  
Cita enim res est uoluntas. & sine inpedimento con  
uertitur. Opus uero tardum est quia & usum & ar  
tem & laborem requirit operandi. quod ut euiden  
tius fiat. utamur & iam exempli similitudine  
uerbi gratia uult quis sapiens fieri. nec tamen sta  
tim ut uoluit sapiens effectus est. Sed uoluntas  
quidem praecessit nec sine uoluntate aliquis fieri sa  
piens potest. sed tamen cum uoluntas fuerit adhiben  
dus est labor studiū sollicitudo uigiliae doctrina in  
stitutio. Et uix aliquando usu longo & meditatione  
continua sapiens efficitur. Iste ergo ab initio quidem  
statim uoluntatē habuit ut esset sapiens. sed non statim



adfuit ei opus sapientiae. sed & in eo ipso dum eruditur  
 ut sapiens fiat. Quanta stulte & contra sapientiam  
 gessit. quae tamen intellegere quidem potuit quod  
 stulte gesserit. habebat enim iam studium sapien-  
 tiae. non tamen ita iam sapiens erat. ut & iam caue-  
 re possit. ne quid insipienter admitteret. iste ordo  
 & de pudicitia habendus est quod non statim quis ut uo-  
 luerit pudicitiam profiteri. & iam opere implebit  
 ut nullis concupiscentiae stimulis agitetur.  
 sic & de mansuetudine & de patientia & de singulis  
 quibusque uirtutibus sentiendum est. in quibus om-  
 nibus dici conuenit. quia condelector legi dei. hoc est  
 uirtutibus secundum interiorem hominem.  
 Uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem  
 legi mentis meae & captiuam me ducentem legi peccati  
 quod est in membris. Quod supra dixerat. uelle  
 enim bonum adiacere mihi. hic uoluntatem boni lege  
 mentis nominauit. quae lex mentis conuenit cum  
 lege dei & consentit ei. sed rursum motus corporis  
 & desideria carnis legem membrorum dicit. quae  
 captiuam ducit animam. & peccati legibus subdit.  
 Certum est namque quod desideria carnis trahunt ani-  
 mam ad peccatum & eam legibus eius subdunt &  
 sicut lex mentis quae consentit cum lege dei. si ani-  
 mam potuerit obtinere adducit eam ad legem dei.  
 ita & lex quae in membris est & concupiscentia car-  
 nis si seduxerit animam peccati eam legibus subdit.

Sed cum haec paulus adsumpta fragiliore persona intra  
hominem haberi certamina docuisset quod & iam  
contra uoluntatem per desideria carnis anima usu  
ipso peccandi in peccandi iura raperetur exclama-  
tione. utitur adhuc ex persona illius quem di-  
scribit & dicit . . Miser ego homo quis me libera-  
bit de corpore mortis eius . . Uidet enim semiserum  
intra quem tot leges sibi inuicem repugnant tot  
proelia commouentur. pugnat caro aduersum spm  
spm aduersus carnem lex quae in membris est repug-  
nat legi mentis. & captiua ducitur anima in legem  
peccati & subiugo eius efficitur. & iam cum interior  
homo di. lege delectetur quomodo in his tot & talibus  
malis non miserum sed dicat homo & in corpore mor-  
tis habitare . . Merito namque corpus mortis ap-  
pellatur in quo habitat peccatum. quod mortis est  
causa . . Fit ergo exclamatio haec in illius persona  
quem initia quidem conuersionis accepisse describit  
apostolus. in eo quod uoluntas ei adiacet boni sed non  
dum in effectum uenerit boni . . Non enim inuenit  
perficere bonum quia nondum in eo usus inole-  
uerat exercitium quae uirtutum . . Respondetur  
uero ei ad hoc quod dixerat quis me liberabit de  
corpore mortis huius. iam non ex illius persona  
sed ex apostolica auctoritate. gratia di per ihm  
xpm dnm nrm . . Unde & apparet quod propterea  
haec omnia descripsit apostolus & mala quae in

tra nos agebantur exposuit ut ad ultimum ostende-  
ret & doceret de quantis nos malis & de quantis mor-  
tibus xpi eripuit. Quod autem moris sit in  
scripturis diuinis sanctos personas adsumere  
peccatorum & magistros suscipere in semet ipsos  
infirmos discipulorum. ex libro quidem psalmo-  
rum plenissime perdocemur cum dicit.

Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum  
quia iniquitates meae super posuerunt caput meum  
sicut onus graue grauate sunt super me conputru-  
erunt & exseseae sunt cicatrices meae a facie in si-  
pientia meae miseris adflictus sum & curuatus sum  
usque in finem. Et cetera quibus pene integer  
hic scribitur psalmus. Quod si forte alicui uide-  
bitur haec dauid magis de semet ipso pro his quae  
acciderant ei dicere potuisse quam de alio. quid  
& iam de danielo dicemus. cuius peccatum quidem  
nullum referatur ex omologesi tamen in ieiunio  
& cilicio & cinere describitur & oratio huius modi  
in qua inter cetera & iam haec dicit.

Peccauimus iniquitatem fecimus iniuste egimus  
impietatem commisimus & declinauimus amanda-  
tis tuis & iudicis tuis & non audiuimus seruos  
tuos prophetas qui loquebantur in nomine tuo &  
regibus nostris & principibus nostris & patribus nris  
& omni populo terrae. tibi dñe iustitia. nobis autem  
confusio faciei. Quis est qui in his uerbis ne

gare possit personam peccatorum adanielo esse  
susceptam . . . Pro quibus tamquam pro se ipso haec  
dicere uideatur unde conueniens est nos legentes  
dicta sanctorum cum ab eis tale aliquid dici  
uidemus intellegere & sentire quia nostras in se  
& ipsis passiones nostra peccata describunt & prop  
terea illi haec deflent ut illorum fletibus nos inui  
temur ad lacrimas . . . Considerabant enim nemi  
nem ita durum & ingratum posse inueniri quicum  
ab aliis uideat uulnera sua lugeri . . . Ipse nullum  
desuis uulneribus sensum doloris accipiat . . .

Ita ergo & in presenti capitulo apostolus ne qui  
nostrum erubesceret . . . de his quae in se geri senti  
ret . . . Aut & iam conuersus ad deum & mutata iam  
uoluntate ne haec adhuc intra semetipsum moue  
ri sentiens desperaret . . . ipse ea quasi in semetipso ge  
ri descripsit ut exemplo apostoli nec corporis na  
turae pudeant quemquam . . . nec pro emundatione  
desperet . . . ne malorum suorum multitudines ignoret . . .  
Ex quibus per christi gratiam liberatus est . . .

Itaque ego ipse mente seruo legi dei . . . carne autem  
legi peccati . . . Aliquis fortasse dicat quod apos  
tolus quia nunc usque non quasi ipse sed adsumpta  
alterius persona locutus est modo . . . uelut perso  
nae immutatione designans . . . Dicat ego ipse  
ut ostendat haec quae dicenda sunt ad se ipsum . . .  
Id est ad apostolum pertinere . . . Dicit autem

quia mente seruo legi dī. <sup>et</sup> suis disci carne autem  
 legi peccati. Quasi tam maculata sit peccandi  
 uis tanta carnis tyrannis. quam nec apostolus  
 possit effugire. Et propterea in alius dixerit.  
 Quia macero corpus meum & seruituti subicio. ne for  
 te cum aliis predicauerim. ipse reprobus efficiar.  
 Sed haec qui ex persona apostoli accipit dicta. dispe  
 rationem mihi uidetur. incutere omni animae  
 quod nemo sit prorsus qui non peccet & in carne seruire  
 legi peccati. Mihi ergo magis uidetur illius adhuc  
 tenere personam quem supra in semetipso descripsit.  
 Quasi uoluntate iam & proposito ad meliora conuer  
 si & mente atq; anima legi dī seruienti. nondum ta  
 men ita obtinuisse ut & iam carnis oboedientiam  
 in consensum mentis adduceret. Et enim quō in su  
 perioribus de mortificatione corporis disseruerat  
 & xp̄o. commoriendum esse docuerat. In his nunc  
 quam non sit. otiosum hoc opus uidetur ostendere  
 & docere. quia non statim uult aliquis sed ut pro  
 posuerit bonū. Continuo & iā facto adimpletur.  
 Sed est uel consuetudinis tanta uis uel uitiorum  
 tanta dulcedo. ut cum animus iam tendat ad uir  
 tutem & legi dī. seruire decreuerit. Carnis tam  
 desideria seruire peccato & legibus eius parere  
 persuadeant. Nihil ergo nunc damnationis  
 est his qui sunt in xp̄o ih̄u. Lex enim sp̄s. uitae in  
 xp̄o ih̄u. liberauit te a lege peccati & mortis.

Quae esse di personam uersitas in his quae uelut  
in quodam cer. inquit tamine positi mente quidem  
secundum di legem uiuunt. Carnis uero desideris  
aguntur lege peccati in superioribus docuit.

Nunc uero de his dicit qui iam non ex parte in carne  
sed ex parte in spu. Sed ex integro in xpo sunt. & pro  
nuntiat nihil esse in his damnatione dignum quia  
lex sps uitae in xpo ihu liberauit eos a lege peccati  
& mortis. Lex autem sps uitae una eademq;  
est quae & lex di. Sicut rursus una atq; eade  
est lex peccati & mortis. Nihil ergo damnatio  
nis erit his qui a lege peccati quae est lex mor  
tis paenitus liberantur & legi di. quae est lex  
sps seruiunt. Seruire au legi di. & esse sub lege  
sps hoc est xpo seruire. Xpo autem seruire hoc est  
sapientiae. hoc est seruire iustitiae. seruire ueri  
tati. omnibusque simul seruire uirtutibus.

Vnde non est putandum quod ad subitum quis & sta  
tim ut uoluerit a seruitio legis peccati trans latus  
efficiatur in xpo ihu. Ita ut nihil in eo iam obtentu  
peccati damnationis habeatur. Requirit enim in  
uno quoq; partes suas iustitia & probat. Si ita iam  
emendatus est & correctus ut nihil in eo iniusti ope  
ris inueniat ex quo damnatio subsequatur. Similiter  
& ueritas requirit in uno quoque partes suas si trans  
latus quis a lege peccati. nulla iam ex parte inueni  
tur obsequia ueritatis contaminare mendatio.

Similiter & pudicitia partes suas discutit si nullis  
 ab eo impudicis desideriis maculatur. sic pietas  
 sic sapientia partes suas in uno quoque discutunt.  
 quasi recte & integre in eo constare reppererint.  
 Tunc in xpo esse & nihil damnationis <sup>habere</sup> putabitur.  
 quae utique dubium non est quod usu & meditatio  
 ne longa & labore per uigili conquirantur.  
 Et ideo non otiosis haec accedere aut signibus certū  
 est sed paulatim proficiendo & primo pauca. tum  
 deinde minima ad ultimum si optinere potuerint  
 nulla peccando. & hoc sentiens mihi uidetur idem  
 apostolus scripsisse in alius praeterita obliuiscens  
 ad futura me extendo. docens per haec praeterita  
 debere esse ea in quibus culpabile aliquid fuerit  
 & obliuione dignum. Futura uero esse quae in  
 xpo sunt & haec esse ad quae nos in & ipsos debemus  
 extendere ea quae tota auiditate mentis expetere  
 legem sane sp̄s uitae quod diximus ipsam debere in  
 tellegi legem di. secundum ea uidelicet partem qua  
 lex esse dicitur spiritalis. Ideo addidit lex sp̄s ui  
 tae. nam de lege dicere hoc non poterat de qua in a  
 liis pronuntiauerat quia littera occidit. hoc & alius  
 ministerium mortis dixerat. Utrumque ergo  
 continet lex & litteram occidentem & sp̄m uiui  
 ficantē. Vnde considera. ne forte huius rei formā  
 teneat. & illud lignum de quo scriptum est sciendū  
 bonū & malum utrumque enī in uno sicut & in lege

continetur. Sed & illud non omitamus quod hic  
quidem qui liberat a lege peccati & mortis sp̄s ui  
tae dicitur. In euangelio autem secundum iohan  
nem scriptum est dño dicente.

¶ Si manseritis in uerbo meo agnosce&is ueritatem. &  
ueritas liberabit uos. In quo mihi quidem ui  
detur. quod quamuis opere haec a se diuersa uidean  
tur uel nomine. re tamen ipsa unum sint.

Xp̄s enim uita est. & ipse est qui liberat. & hic  
sp̄s uitae liberat. Et quomodo non in utro que  
una libertas est. quae enim agit sp̄s haec & xp̄s  
agit. Et quae xp̄i sunt sp̄s agit. Sicut enim quos  
sc̄ificat sp̄s sc̄i sanctificat xp̄s. ita & quos liberat  
sp̄s uitae. liberat & uita. Tantum est ut liberati  
a lege sp̄s uitae. In xp̄o maneamus. nec ultra inue  
niamur seruire legi peccati. Quia sicut is qui libe  
ratur a lege sp̄s uitae. per manet in xp̄o qui est uita.  
Ita qui seruit legi peccati per manet in morte.  
quae uenit ex condemnatione peccati.

¶ Nam quod impossibile erat legis in quo infirma  
batur per carnem dñs filium suum mittens. in si  
militudine carnis peccati & de peccato damna  
uit peccatum in carne. ut iustificatio legis imple  
retur in nobis qui non secundum carnē ambula  
mus sed secundum sp̄m. Qui enim secundum <sup>castem</sup> sunt  
quae carnis sunt sapiunt. qui uero secundum sp̄m  
quae sunt sp̄s. prudentia enim carnis mors. pruden



tia uero sp̄s. uita & pax quō prudentia carnis ini-  
 mica est dō. Legi enim dī non est subiecta nec enim  
 potest. quia uero in carne sunt dō placere non pos-  
 sunt. uos autē in carne non estis sed in spū. si tamen  
 sp̄s dī habitat in uobis.

Cum in superioribus tot leges nominauerit dixit enī  
 & legem dī & legem mentis & legem sp̄s uitae.

Contrario quoq; legem que in membris est & legem mor-  
 tis & legem peccati commemorauit. hic nunc de  
 qua harum legem dicat. Nam quod impossibile erat  
 legis in quo infirmabatur per carnem non ē parue  
 deliberationis eligere. puto tamen quod legem  
 moris & iam hic sicut & in alius saepe iam diximus  
 in duas partes apostolus diuidat. & aliud in ea car-  
 nem aliud sp̄m nominat. Illam quidem obser-  
 uantiam quae secundum litteram geritur sensū  
 carnis appellat. Sicut dicit de huius modi iudicio  
 frustra inflatus a sensu carnis suae. Illam uero  
 quae spiritaliter accipitur sp̄m nominat. sicut &  
 alibi dicit. Littera occidit. sp̄s autē uiuificat.  
 Hoc ergo loco quod dicit impossibile legis. & in quo  
 infirmabatur per carnem intellectus qui secun-  
 dum litteram est accipi potest. Ipse & enim &  
 impossibilis erat & infirmus si secundum carnem  
 id est secundum litteram sentiretur.

Quid enim tam impossibile quam sabbati obserua-  
 tio secundū litteram legis. ut in multis saepe iam

diximus . Jubetur enim non exire de domo . non  
se mouere de loco suo nihil oneris leuare quae  
quia impossibilia uident iudei qui secundum car  
nem legem obseruant . Inepta quaedam & ridicu  
la commentantur quibus impossibilitatem legis  
sarcire uideantur . Quid autem dicam de sacri  
ficiorum ratione quae simul omnis ex integro in  
possibilis facta est . quippe ubi nec templum est  
nec altare . nec ullus prorsus sacrificandi locus .  
In quibus singulis lex non dicam impossibilis & in  
firma sed plane iam mortua est . Nam ante hanc  
mortem infirmabatur . Tunc cum sanguine  
uitulorum & hircorum conabatur . nec tamen  
poterat auferre peccata & infirmabatur in legi  
bus leprae . quas nec explanare . uumquam  
potuit nec implere . In his ergo omnibus aliisque  
innumeris & impossibilis erat lex & infirma  
batur . quantum ad carnis intellegentiam spectat .  
Et ideo deus filium suum mittens in similitudine  
carnis peccati & de peccato uelut uerius habetur  
apud grecos . & pro peccato damnauit peccatum  
in carne . Quod dixit in similitudine carnis  
peccati . ostendit nos quidem habere carnem  
peccati . Filium uero dei similitudinem habuisse  
carnis peccati non carnem peccati . Omnes enim  
nos homines qui ex semine uiri cum muliere  
conuenientes concepti sumus . illa necessario uti

mur uoce qua dicit dauid. Quō iniquitatibus  
conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea.

Uerum qui ex nulla uiri contagione sed solo spū  
scō super uirginem ueniente <sup>uirtute</sup> altissimi obumbran  
te uenit ad corpus im maculatum. Naturam  
quidem corporis nostri habuit pollutionem ta  
men peccati quae ex concupiscentiae motu concep  
tis traditur omnino non habuit. Idcirco ergo  
in similitudine carnis peccati uenisse dicitur fi  
lius di. Et pro peccato inquit damnauit pecca  
tum in carne. Quod hostia pro peccato factus sit  
xps. & oblatus sit pro purgatione peccatorum.  
omnes scripturae testantur. Et praecipue pau  
lus ad hebreos scribens cum dicit.

Hoc enim fecit semel semetipsum hostiam offe  
rendo. Et iterum qui proprio filio suo non peper  
cit sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Per hanc ergo hostiam carnis suae quae dicitur  
pro peccato damnauit peccatum in carne sicut  
& idem apostolus in alius dicit. Qui apparuit  
in nouissimis diebus ad destructionem peccati.  
Et iterum propheta dicit ipse peccata nostra  
tulit & iniquitates nostras portauit.

Pro peccato ergo hoc est per hostiam carnis suae  
quam obtulit pro peccato. damnauit peccatum in  
carne sua. Ut iustificatio legis impleatur in no  
bis qui non secundum carnem ambulamus

sed secundum sp̄m . Post hanc & enim hostiam  
carnis xp̄i . quae oblata est pro peccato & dam-  
navit peccatum . . . hoc est fugavit & abstulit .  
iustificatio legis impletur in nobis qui legem se-  
cundum sp̄m custodimus & non secundum carnem .  
In qua parte secundum ea quae supra exposuimus  
impossibilis lex erat & infirma . . .  
Qui enim secundum carnem sunt quae carnis sunt  
sapiunt qui uero secundum sp̄m quae sunt sp̄s . . .  
Hic iam apertius quasi inter nos & iudaeos in medio  
statuens legem moysi dicit qui secundum carnem  
sunt quae carnis sunt sapiunt . hoc est iudaeis quos  
dicit secundum carnem israhel quae carnis legis  
sunt sapiunt . In eo quod secundum carnem legem  
intellegunt . qui uero secundum sp̄m . de his dicens  
quos iudaeos dicit sp̄u non littera . quae sunt sp̄s &  
adhuc satiatur eundem sensum & aperit evidentius  
cum dicit . . . Prudentia enim carnis mors est . pru-  
dentia autem sp̄s uita & pax . Numquid non unū  
atq; idem est quod dicit prudentia carnis mors .  
Et illud littera occidit . Igitur prudentia carnis  
mors est . cui mors est . animae sine dubio . . .  
Qui enim legem secundum carnem id est secundum  
litteram intellexerit non uenit ad xp̄m qui est  
uita . Et ideo prudentia carnis mors est pruden-  
tia uero sp̄s . uita & pax . uitam namque & pacem  
quod est xp̄s . habet qui spiritaliter intellexit . . .

quo sapientia carnis inimica est dō legem enim dī non est subiecta  
 nec enim potest; uidetur adhuc. idem intellectus euolui quo mo  
 do enim sapientia carnis hoc est carnalis illa intelligentia non sit  
 inimica dō quae aduersatur xpō quae non recipit eam quem  
 misit dī quae dicitur nos legem habemus; et secundum legem  
 debet mori quo filium dī se fecit. quomodo ergo haec talis sa  
 pientia & talis intelligentia in lege dō non dicatur inimica  
 & lege eius. Si licet quae secundum spm est non esse subiecta  
 nec posse subici. quia sicut contrarium sibi est uita & mors.  
 ita contrarium sibi est littera legis occidens quae & sapi  
 entia carnis est. & sps uiuificans quae uere lex dī est.  
 Qui autem in carnesunt dō placere non possunt. Uos autem  
 in carne non estis sed in spū. si tamen sps dī habitat in uobis.  
 eadem per dura intelligentia qui in carnes <sup>cur</sup> inquit  
 hoc est qui secundum litteram sequuntur legem dō placere  
 non possunt. Hoc enim stolim per isaiam pronuntiatum  
 est adō cum dicit ieiunia & ferias et diem magnum ur̄m n̄  
 sustineo. Num enim as & sabbata aestra odit anima mea.  
 sed uos inquit in quibus sps dī habitat. si tamen habitat in carne  
 non estis sed in spū. hoc ē non intelligentiam carnalis legis  
 sequimini sed spiritalem per quam uenistis ad spm uiuifi  
 cantem. si tamen actus ur̄i tales sint & conuersatio ut spm  
 dī in uobis haberemere amini in duas ergo diximus partes  
 diuidens legem moysi id est in spm & carnem. quae sunt  
 sps quam & spiritalem legem appellauit nobis tradidit  
 quae uero carnis sunt carnalibus iudaeis. reliquid  
 sic deniq; & illud interpretatus de abraham cum dixit

Sed si quis dicit quod de ancilla secundum carnem natus est  
 qui autem ex libera per re promissionem. Et sicut  
 tunc is qui secundum carnem natus est persequatur  
 eum qui secundum spm. ita et dicitur. Certum enim  
 enim quia illi qui secundum carnem sunt saltem  
 persequuntur nos qui sumus non in manifesto sed  
 in occulto iudaei. Et legem secundum spm non  
 secundum carnem custodimus. Illi ergo qui se-  
 cundum carnem sapiunt consequenter ex amre-  
 ptionem legis carnaliter sperant. Nos ergo  
 eas spiritualiter expectamus secundum sermonem  
 pauli dicentis ut re promissionem sps accipiamus.  
 & iterum benedictus ds et pater dñi nostri ihu xpi  
 qui benedixit nos in omni benedictione in cae-  
 lestibus spiritali in xpo. Ex quibus omnibus et quae  
 sit lex secundum carnem et quae secundum carnis spm  
 uel quae spes re promissionis carnalis uel quae spitalis  
 ostenditur. Potest sane et secundum aliam expo-  
 sitionem si repetamus ab initio quod impossibile erat legis  
 in quo infirmabatur per carnem. Et de lege mentis  
 intellegi quam supra dixit uelle facere bonum sed  
 per infirmitatem & fragilitatem carnis implere n-  
 posse. et propterea misisse dñm filium suum in simili-  
 tudine carnis peccati & de peccato hoc est hostiam  
 pro peccato oblatam damnasse peccatum. Datum  
 nobis remissionem peccatorum fugatum est et ex-  
 terminatum de carne nostra peccatum. et cepit

in nobis iustificatio legis impleri illius dum taxat legis  
 quae condelectatur legi dei quae tunc impletur cum  
 iam non resistit et lex peccati quae erat in membris  
 nostris. Sitamen non secundum carnem ambulemus  
 sed secundum spm. Nam donec in carne est quis et se-  
 cundum uiuit quae carnis sunt sapit. Cum uero con- carne  
 uerterit se ad spm & mortuus fuerit lege peccati et car-  
 nis quae sunt sps sapit. Nam secundum carnem sape-  
 re mors est animae secundum spm uita et pax est.  
 quia sapientia carnis inimica est do. Hoc est dum caro  
 resistit spui & non est subiecta legi mentis quae lex dei  
 inimica est do. et ideo qui carnaliter uiuunt do pla-  
 cere non possunt. Sed uos inquit non estis in carne  
 hoc est secundum carnem non uiuitis sed secundum spm.  
 Sitamen sps dei habitat in uobis. haec possunt secundum  
 aliam ut diximus expositionem in loco aptari eligat  
 tamen qui legit et quod aptius probauerit hoc sequatur.  
**S**iquis autem spm xpi non habet hic non est eius. Si aut  
 xps in uobis est corpus quidem mortuum propter pec-  
 catum sps uero uita propter iustitiam. Quod si sps  
 eius qui suscitauit ihm mortuis habitat in uobis  
 qui suscitauit xpm mortuis uiuificauit et mortalia  
 corpora uestra propter inhabitantem spm eius in uob.  
**Q**uam constantibus et dialectica arte collectis utatur  
 sillogismis apostolus paulus uel in hoc loco uel in aliis  
 epistolis suis non mihi nunc exponendum uidetur  
 ne forte non tam scientiae eius quam sermonis in quo

non uult se peritum dici adsertores esse uideamur. & ideo  
propositi magis capitali sensum discutere properabimus in  
superioribus ubi dixit. Uos autem in carne non estis  
sed in spū. Si autem spūs dī habitat in uobis duplici mo  
do quid est in spū esse explanauius id est uel legem  
non secundum litteram sed secundum spiritalem  
sensum intellegere. uel etiam mortificato corpore  
spūs et non legibus carnis uiuere. et nunc ergo quod  
dicit. Siquis autem spūm xpī non habet hic non ē  
eius. & subiungit. Si autem xpī in uobis est. re  
quisendum est utrum diuersum sit spūm dī esse in  
aliquo an spūm xpī. uel etiam ipsum xpī. aut spūm  
eius qui suscitauit ihm a mortuis sed quantum uel  
consequentiam loci praesentis intueor uel illud  
quod saluator in euangelio de spū scō dicit.

Quia a patre procedit et de meo accipiet. et huius rei  
explanationem in consequentibus iungit dicens.

Pater omnia mea tua sunt. et tua mea. Et propt̄  
ea dixi quia de meo accipiet. Cum inquam tantā  
hanc unitatis inter patrem et filium aspicio rationē  
spūs dī et spūs xpī. unus atq. idem spūs mihi diuidetur.

Possumus tamen et hoc modo intellegere quod dixi.

Siquis autem spūm xpī non habet hic non est eius  
quia reuera abrupte pronuntiatum uidetur.

Aut si qui non tantus et talis esse meruerit qui spūm  
xpī habere dignus sit. continuo xpī esse deneget  
cum in psalmis dicat. Meae sunt omnes ferae



siluarum iumenta in montibus et boues. Et si ferae et  
iumenta eius sunt quomodo homines non sunt eius.

Sed potest ut dixi hoc si intellegi ut illud in euangelio.

Qui non tollit crucem suam et sequatur me non est me-  
dignus. Et hic ergo qui non habet in se spm xpi hoc e-  
qui non eodem spu agitur ut pro iustitia pro ueritate  
pro uerbodi adnuntiando pro regno caelorum predican-  
do pro lit tera legis abicienda est spu eius aperiendo pro  
resistendo aduersum peccatum pro his omnibus qui  
non usq. ad mortem teni reparatus est non est eius dis-  
cipulus. Qui ergo non est talis nec talem in se spm  
gerit hic creatura quidem eius est sicut ferae siluaru  
& iumenta in montibus et boues sed discipulus eius  
non e. Sic ergo et qui spm xpi non habet hic non e ei.

Si autem xps in uobis est corpus quidem mortuum propt  
peccatum sps uero uita propter iustitiam.

Spm xpi et xpm in hoc loco unum mihi atq. idem di-  
cere uide tur. In qua ergo xps est ipse dicit quia  
semper mortem xpi in corpore nostro circumferimus.  
Mors autem corpori peccati causa id est ne peccet in-  
ponitur. Quod si corpus peccato mortuum est sps  
necessario <sup>ut</sup> faciendam iustitiam uiuit. Qui enim in  
corpore mortuus est nec seruit peccato necesse est ut  
in spu uiuat et iustitiae seruiat. Sic et idem aposto-  
lus in quodam loco dicit: tradidit se sequendam in inte-  
ritum carnis ut sps saluus fiat. Quod si sps eius qui  
suscita uit ihm amor tuus habitat in uobis. qui suscita

uit xpm ihm amor tuus. uiuificabit et immortalia corpora  
nostra propter inhabitantem spm eius in uobis. Quonia  
supradixerat de his qui ad similitudinem mortis xpi  
corporasua mortificant ne peccet. necessario nunc men  
tionem facit eius qui suscitauit xpm amor tuus. ut simi  
limodo et pariratione qua xpo commortuisunt & con  
sepulti. sciant se per spm eius qui suscitauit ihm amor tuus  
uiuificandos esse et ad xpi similitudinem resuscitandos  
amor tuus. & quatenus fiat ostendit dicens. propter in  
habitantem spm eius in uobis. Si enim sps xpi habitet  
in uobis necessarium uideatur spui reddi habitaculum  
suum templumq; restitui uel im tamen hoc ipsum quod  
dicitur uel sps xpi uel sps di. uel etiam ipse xps uobis ha  
bitare qualesit intueri. utrum nam ex initio omnib.  
iste sps datur. et post modum pessimis et ad o alienis acti  
bus effugatur secundum illud quod scriptum.

Non permanebit sps meus in hominibus istis quo carosunt  
An uita merito & fidei gratia post modum datur secundum  
ea quae in actibus apostolorum docentur quia sps scs  
tanquam linguae ignae uenit super <sup>unum</sup> quemq; eorum  
uel certe sicut in euangelio docemur cum ipse salua  
tor postea quam resurrexit amor tuus ad discipu  
los dicit. Accipite spm scm. et insufflauit in uno  
quoq; eorum. Unde mihi uidetur quod et meritis  
conquiratur hoc donum et uitae innocentia con  
seruetur. et unicuiq; secundum profectum fidei  
augeatur & gratia. & quanto purior anima

redditur: tanto largior ei sp̄s infundatur. Quod aut  
 dixit: Non permanebit sp̄s meus in hominibus istis quia  
 carosunt. Illud respicit ut quoniam animae eorum re-  
 pudata sp̄s seruitute ad carnis seuitiatio aut conuertit  
 etiam ipsa eius cui se coniunxit carni et cum qua unum  
 effecta est nomen accepit. diuersis ergo modis habere  
 potest sp̄s dī uel sp̄s xp̄i habetur. secundum id quod supra  
 diximus & inspiratione diuina ut ait Accipite sp̄m  
 s̄m & insufflauit in eis. Et rursum eomodo quo in ac-  
 tibus apostolorum diximus gestum ut diuersis linguis  
 loquerentur apostoli. Est & ille modus qui in regno  
 rum libris refertur cum dicit scriptura. Et insiluit sp̄s  
 super saul & caepit prophetare. Est & ille adhuc alius.  
 modos ut cum saluator post resurrectionem cum deo  
 pat̄ & alio discipulo iter agens. & aperiens eis scriptura  
 signauit eos sp̄u oris sui. ita ut illidicerent non necor n̄m  
 erat ardens intransos cum adaperiret nobis scripturas.

Uis autem scire quia non solum ihs loquens tradidit audi-  
 entibus sp̄m suum. sed et qui in nomine eius loquitur  
 uerbum dī tradit audientibus sp̄m dī. Uide in actibus  
 apostolorum quomodo loquente petro ad corneliū  
 repletur sp̄u s̄o ipse cornelius & qui cum eo erant.

Unde & tū si loquaris uerbum dī & loquaris fideliter &  
 conscientia pura nec ipse redarguaris ex uerbis tuis  
 quasi quialiter doceas et aliter agas potest fieri ut lo-  
 quente te auditorum corda sc̄i sp̄s ignis inflammetur  
 et continuo concalescant & ardeant ad complenda

uniuersa quae docet ut rebus impleant quae sermonibus di-  
dicerunt & quae sursum sunt quaerant ubi xps est in dex-  
tera dñi sedens quae sursum sapiant non quae super terra  
Sed et sicut unus quisq. in se habere probabitur spm xpi xps  
sapientia est si sit sapiens secundum xpm et quae xpi sunt  
sapit habet in se per sapientiam spm xpi xps iustitia est  
si habeat in se iustitiam xpi per iustitiam habet in se spm xpi  
xps pax est si qui habet in se pacem xpi per spm pacis habet in se  
spm xpi Sic & caritatem sic & sanctificationem sic & singula  
quae q. quae xps esse dicitur qui habet hic spm xpi in se  
habere & redendus est & sperare quod mortale corpus suum  
uiuificabitur propter inhabitantem in se spm xpi

**E**rgo fratres debitores sumus non carni ut secundum  
carnem uiuamus Si enim secundum carnem uixe-  
ritis moriemini Si autem spu actus carnis mor-  
tificetis uiuetis Spm xpi habitare in nobis et dona  
spis nobis conlata superius docuit Consequenter ergo  
nunc additur quia debitores sumus Eorum sine  
dubio quae ab spu xpi consecuti sumus Carni autem  
inquit non sumus debitores neq. enim propter ea nos  
fecit dñs ad imaginem suam ut carnis seruitio essemus  
obnoxii sed potius creator isuo anima deseruiens ipsa  
seruitio ac ministerio carnis uteretur Sed fortal-  
se dicat aliquis quomodo carni non sumus debitores cum  
et uictum ei et indumentum pro uidemus naturae  
necessitate cogamur Sed ut ostendat non carni  
aliquid offerre sed ipsam uitam carni mancipiare

culpabile habere ideo addit. Si enim secundum carnem  
uixeritis moriemini. Quid autem sit secundum carnem  
uiuere se pae iam dictum est. hoc est carnis desiderius  
indulgere. In hoc ergo negat nos esse debitores sicut et  
alibi dicit. & carnis curam ne feceritis in concupis-  
centis non utique negans curam carnis habendum in  
necessariis sed in concupiscentis. ita ergo ethic.

Si enim inquit secundum carnem uixeritis moriemini.

Et addidit. Si autem spiritu actu carnis morificetis uiuetis.

Et de hoc iam supra dictum est quomodo corpus quidem

mortuum esse debeat propter peccatum spiritus uero

uita propter iustitiam. Qui ergo secundum spiritum

agens mortificat actus carnis uiuit propter inhabitantem

in se spiritum uitae mortificat autem quis per spiritum actus

carnis hoc modo. fructus est spiritus caritas. odium carnis est

actus odium ergo per caritatem mortificatur

extinguitur gaudium similiter fructus est spiritus

tristitia uero huius seculi quae mortem operatur

carnis est actus haec ergo extinguitur si sit in nobis

gaudium spiritus pax fructus est spiritus. Dissensio et discordia

carnis est sed certum est discordiam mortificari pos-

se per pacem. sic et patientia spiritus in patientiam carnis

extinguit & bonitas maliciam perimit & mansue-

tudo ferocitatem & continentia intemperantiam

& castitas impudicitiam necat. talique ordine qui

per spiritum actus carnis mortificauerit uiuit.

Intuendum sane est quod sicut mortem istam commu-

nem sed illam peccati dicit. Si enim secundum carnem  
uixeritis moriemini. Ita & uitam non hanc com mu  
nem sed illam dicit aeternam ad quam per uenit &  
omnis qui secundum ea quae supra exposuimus  
per fructus sp̄s mortificauerit actus carnis.

Sed et illud scire debemus quod ista mortificatio actuum  
carnis per penitentiam fiat. et non ad subitum sed  
paulatim primo languescere eos necesse est in his  
qui incipiunt. Tum deinde cum ardentius proficere  
coeperint & abundantiore sp̄u repleti actus carnis  
non solum lugere sed et tabescere incipiant.

Ubi uero ad perfectum uenerint ita ut nulla in eis  
propr̄sus uel in facto uel in dicto uel in cogitato pec  
cati oriatur indicia tunc plene actus carnis mor  
tificasse. et ad integrum morti tradidisse credendis.

EX PLI LIB VI INCIP LIB VIII

**S**icut diuersas commemorari leges in hac epistola a paulo  
sub uno uocabulo legis ostendimus. et diuersas mortes  
sub una mortis appellatione nominari ita et diuersas  
sp̄s nunc uidemus sub uno nomine sp̄s indicari. At  
ergo in presenti capitulo. quicumq; enim sp̄u di agunt  
hi filii di sunt. In quo utiq; ipsum sp̄m dicit. & ite  
rum in sequenti. Non enim accepistis inquit sp̄m  
seruitutis iterum in timore. In hoc ostendit sp̄m  
seruitutis alium esse quam illum quem supra dixit  
sp̄m di. & propter ea subiungit. Sed accepistis sp̄m  
adoptionis in quo clamamus abba pater.

In hoc spm adoptionis ostendit ipsum esse quem supra dixit spm di. de quo & repetitur ipse sps testimoniū reddit spui nostro. Hoc est ipse sps di in quo patrem dm clamamus testimonium reddit nostro spui qui sps noster aliud sine dubio est quam ille sps seruitutis qui datur in timorem uel hic qui ei deuocatione patris testimonium prebet omnes ergo homines ut uidetur spū aguntur aliquo sicut ipse paulus scribit.

Scitis autem et uos cum essetis gentes quomodo ad idolam ut agebamini. In hoc ostendit quia etiam gentes ad idola aguntur aliquo spū. Est ergo sps di idem qui est et sps xpi idemq; ipse et sps scs est sed & sps adoptionis idem dici uidetur sicut presens apostoli locus declarat dauid quoq; quem dicit spm scm tuum ne auferas a me et spū principali confirma me. Eiusdem dicere uidetur quemque principalem spm propterea arbitror nominatum ut ostenderetur esse quidem multos sps sed in his principatum & dominationem hunc spm scm qui et principalis appellatur tenere.

Sicut enim multi sunt filii di ut scriptura dicit.

Ego dixi di estis & filii ex caeli omnes unus tamen est natura filius & unigenitus a patre per quem omnia filii appellantur multi ita et sps multi quidem sunt sed unus est qui uere ex ipso dō procedit & ceteris omnibus uocabiliac sanctificationis suae gratiam donat.

Quod autem plures sint sps declarat etiam paulus ad hebraeos scribens et dicens, nonne omnes sunt

ministeriales sp̄s ad ministerium missi propter eos qui  
hereditatem capient salutis. sicut et dauid dicit. qui fa-  
cit angelos suos sp̄s & daniel nihilominus testatur  
& dicit. Benedicite sp̄s & animae iustorum dñm. &  
in presenti loco paulus ipse sp̄s inquit testimonium  
reddat sp̄i nostro & in alius ut integer sp̄s uester &  
anima & corpus in die dñi nostri ihu xpi seruetur  
quae omnia dubium est. quod de rationabilibus spiritibus  
dicta sint appellantur praeter ea sp̄s mali & angeli  
mali sicut et dauid dicit. Et misit eis iram indigni-  
tationis suae emissionem per angelos malos.

Et ut in regnorum libris scriptum est de saul. et sp̄s  
dñi discessit a saul et suffocabat eum sp̄s malignus  
ad dño. ut quae in iudicum libro refertur. Et in-  
misit dñs sp̄m malignum inter medium abimelech  
et inter medium uirorum sicimorum.

Hic ergo sp̄s malignus qui dicitur uel exisse ut suffoca-  
re saul uel abimelech sicimosq. ut dirimeret et  
ad dño exisse ac missus esse memoratur tamquam  
carnefex quidam intellegendus est missus ad exigen-  
das de peccatoribus poenas quamuis mali propter  
propositum suum uoluntatemque dicantur. In his  
tamen qui poena digni sunt diuinae uoluntatis ex-  
hibent ministerium sicut & ille de quo refert mi-  
cheas propheta sp̄s mendax quicum ad dño dictum fu-  
isset. qui se ducit mihi ac abh. ille respondit ego se-  
ducam et dixit dñs in quo. at ille respondit ero



inquit sp̄s mendax in ore omnium prophetarum &  
 dicam ut ascendat in galaad & ibi cadet et dixit dñs  
 uade seduces & quidem poteris. Sic ergo & iam hi  
 quid dicuntur mali sp̄s officium dō erga poenarum exhi  
 bent ministeria. sum preterea et alii sp̄s de quibus  
 dicit dauid, in sp̄u uiolento conteres naues tharsis, et sp̄s  
 procelle dicitur et sp̄s ardoris quos tamen ego mate  
 riales magis quam rationabiles dixerim. Tali igit̄  
nati & iustificati & glorificati. horum enim omnium  
ueluti ariace falesim faciens & simul omnia reperens ait.  
Quid ergo dicemus ad haec hoc est ad haec omnia quae supra  
diximus quia si sic deus pro nobis est ut haec nobis concesserit  
cuncta quis esse aduersum nos poterit. Non  
quo omnino neminem nobis esse dicat aduersarium.  
Alioquin quomodo stabit illud quod dictum est a petro  
aduersarius uester diabolus sicut leo rugiens circum

quem transuore & sed hoc est quod ostendit quia dō agente  
 pro nobis contemptibilis & nullus efficitur aduersarius nr̄  
 similiter autem & dauid dicit Dns in luminatio mea & sa  
 lus mea quem timebo Dns defensor uitae meae a quo tre  
 pidabo Non ergo nullum esse dicit quem me & uat & qui  
 aduersetur ei sed quam inquit ad proprient super me  
 ut edant carnes meas qui tribulant me & inimici mei  
 Ita me dno defendente in uitam infirmatis sunt & ceciderunt

¶ Dat praeter ea iudicium maximum ingentis erga nos  
 amoris di qui tantum nos inquit dilexit ut nec proprio  
 filio pepererit sed pro nobis omnibus ad passionem tradi  
 derit eum & ut ad maiore nos ammiratione constringeret  
 addit sermonem ingentis arcani conscium dicens quia pro  
 prio filio non peperit Dixerat enim super ius quia & iam  
 nos qui spm adoptionis accepimus filii di sumus ne ergo co  
 muni ista appellatione filiorum unum aliquem ex his tradi  
 disse putaretur qui in filios uidebatur adsciti addit proprio  
 filio ut eum qui solus ex ipso dō ineffabili diuinitate aenat  
 ostenderet pro nobis ergo omnibus tradidit eum non illa  
 traditione qua scriptum est tradet autem frater fratrem  
 in mortem & parentes filios sed tradidisse eum dicitur  
 hoc ipso quodcum in forma esset passus est eum ex manire  
 se ipsum & formam serui accipere & usq; ad mortem  
 crucis peruenire ut in ipso omnibus exemplum oboedien  
 tiaeponeret & iam resurrectionis mortuis aperiret p  
 omnibus ergo tradidit eum non solum pro magnis sed  
 & pro minimis & pro omnibus omnino qui sunt in eda

tradidit filium suum proprium pater & ideo & iam simi-  
morum aliquem & infirmorum laedat quis percutiens eius  
infirmam conscientiam in xpm peccare dicitur quoniam  
quidem scandalizat animam pro qua xps mortuus est  
quia ergo pro omnibus nobis tradidit filium pater nullo  
omnino meminimus qui est in ecclesia contempnendus est  
& ideo dñs ipse dicebat. Siquis scandalizauerit unum  
de pusillis istis expedit molam asinariam ligari circa  
collum eius & precipitari eum in mare quam ut scandalizat  
unum ex his. Dñs ergo quinos preciosos pro filio pro nobis  
preciosum fundendo sanguinem fecit quomodo non cum  
ipso nobis omnia donauit nihil enim siue uisibile siue inuisi-  
bile creaturae quod filio possit adaequari. Nullo enim  
pac to creatoris suo potest creatura conferri. & sic creator ipse  
donatus est nobis quomodo non cum ipso nobis omnis creatura  
donabitur. Quamuis sermo hic dupliciter possit intellegi  
id est quod cum illo nobis omnia donauit. Nam & hoc potest  
uideri quod si habeamus in nobis xpm secundum hoc quod uer-  
bum & sapientia & ueritas & iusticia & pax est & cetera  
omnia quae de eo scripta sunt. Cum hac plenitudine uirtu-  
tum nobis omnia donabuntur. Ut iam non unum ex om-  
nibus creaturis & paruum terrae hunc locum quem nunc  
uidemus habitare teneamus sed omnia quaecumq; creauit dñs  
uisibilia & inuisibilia occulta & manifesta temporalia &  
aeterna cum xpo pariter habeamus. Potest autem & alio  
modo sic intellegi quod ipso nobis omnia donauit hoc est ipsi  
quidem ut heredi nobis autem ut coheredibus eius pariter

minimis

1 dixit cu

cum ipso uniuersa perfrui dabitur creatura. Quis accusabit  
aduersus electos dei dei qui iustificat quis est qui condemnet  
xpi ihu qui mortuus est immo autem qui resurrexit quis est  
ad dexteram dei qui etiam interpellat pro nobis.

Uideatur mihi quod ait quis accusabit electos dei de diabolo dicere  
Nullus est enim datus etiam magnus quem ille non audeat accu-  
sare nisi illum solum qui peccatum non fecit qui et dicebat.

Hunc uenit princeps huius mundi et in me non inuenit quicquam.

Sed quamuis ille exserat nequitiam propositam sui dei iustificante  
& delentem sicut nubem iniquitates electorum suorum &  
sicut caliginem peccata eorum & a prioribus delectis eos de-  
albantem ut niuem & sicut lanam candidam facientem.

Quid proficit accusator sed & cum xpi pro eis mortuus sit  
immo potius amotus resurrexit sit adextris patris & in-  
terpellat pro his qui eos poterit condemnare.

In superioribus  
scilicet spiritus interpellat inquit pro nobis gemitibus inenarrabilibus  
hic xpi qui mortuus est & resurrexit ipse interpellat pro no-  
bis dei qui proprium filium tradidit pro nobis ipse iustificat  
electos. Quis erit ultra qui audeat condemnare sed dili-

gentius intueri quomodo apostolus nusquam in sermonibus  
suis ab insita sibi cautela discedat. Non dixit quis accusabit  
aduersum uocatos sed aduersum electos nisi enim fueris

electus nisi in omnibus te exhibueris probabilem deo habebis  
accusatorem. Si enim causa tua mala est. si te tuum cri-

men adstringit. quid tibi proderit aduocatus etiam si ihu sit  
qui interpellat. Ihu enim ueritas est non potest ergo pro te

ueritas fallere in hoc tibi opitulabitur aduocatus. ne accusa-

ores calumniis inualuaris nec ibi praeterita peccata quae per  
baptismum delata sunt imputentur si uero post hoc iterum  
delinquas nec ullis haec penitentiae lacrimis diluas accusato  
rituo criminandite materiam dabis et quamuis ih̄s. inter  
pellet pro nobis non potest amen dicere ih̄s tenebras lucem esse  
neque amarum dulce. Si ergo uis uincere cum iudicaris fac  
quod de iusto scriptum est. Dispones sermones tuos in iudicio.  
praepara operatua ad exitum memento nouissimorum tuo  
rum et non peccabis. Ne tibi contingat illud quod de quo  
dam scriptum est cum iudicatur exeat condemnatus. Uide  
autem quomodo audias quia ih̄s interpellat pro nobis. ipse  
est enim de quo et alibi scriptum est. qui pater neminem  
iudicat. Sed omne iudicium dedit filio. & sicut ipse est.  
hostia et sacerdos et ipse informans sic. ipse est et aduoca  
tus et iudex. Quis ergo separabit nos a caritate dei tribulatio  
an angustia an persecutio an famis an nuditas an periculum  
an gladius sicut scriptum est qui propter te mortificamus  
cotidie aestimatis sumus ut ues occisionis sed in his omni  
bus superamus per eum qui nos dilexit.

Pro his inquit omnibus quae supra enumerauimus  
id est quodiam non sumus in carne sed in spu. et quod  
sp̄s dei habitat in nobis et quod x̄ps. in nobis est p̄ quem  
corpus quidem mortuum est propter peccatum.  
Sp̄s autem uita propter iusticiam et quodiam non sumus  
debitores carni ut secundum carnem uiuamus. qui a spu  
aeternitatis mortificamus et quod per sp̄m adoptionis  
filii dei effecti sumus etiam heredes dei coheredes autē x̄pi.

Et quod uniuersa creatura et congeneret nobis & condala  
 reuelationem filiorum di expectans et quod diligentibus  
 nobis dñm omnia cooperantur in bonum. et quod prescitur  
 et predestinatur nos conformes imaginis filii sui qui secundū  
 propositum uocatus sum' cum pro his inquit omnibus benefi  
 cius quae consecreti sumus. fixi et radicati sum' in ueritate  
 di. Quia nos ab ea potest separare tribulatio si uenerit  
 dicemus ad dñm in tribulatione dilatastinihi Angus  
 tias si fuerit mundi ex necessitate corporis ueniens. sapi  
 entiae di et scientiae latitudinem requiremus in qua  
 nos angustare non potest mundus. sed eo enim ad  
 scripturarum diuinarum amplissimos campos. intelloc  
 tum uerbi di spiritualem requiram et nullam in eo co  
 arabit. angustia per largissima enim spatia intellegen  
 tiae mysticae & spiritualis requiritur. persequutionem  
 si patiar' & confitear' xpm meum coram hominibus cer  
 tissimum quia & ille me confitebitur coram patre suo qui  
 in celis est. fames si ad fuerit turbare me non potest. habeo  
 enim panem uitae qui de caelo descendit et reficit animas  
 esurientes nec aliquando potest panis iste deficere est  
 enim perpetuus & aeternus. nuditas non me confun  
 dit. habitus sum enim dñm xpm ihm. et habitaculu  
 nostrum quod in caelo est. super in dei spero

Oportet enim mortale hoc induere mortalitatem &  
 corruptibile hoc induere incorruptionem  
 Periculum non timebo. dñs enim in luminatio mea  
 & salus mea quem timebo & dñs defensor uitae meae

quo trepidabo. gladius terrenus terrere me non potest.  
habeo enim fostriam mecum gladium. Sp̄s quod est uerbu  
dī & mecum est uiuens & efficax sermodi qui est penetrabi  
lior omni gladio utrinque acuto. Si ergo gladius mundi  
ueniat super uices meas maiorem mihi ad dñm conciliat  
caritatem dicam namque ad eum quia sicut scriptum est  
Propter te mortificabimur tota die aestimati sumus ut  
oues occisionis. Non enim mihi sufficit una hora mori  
pro xp̄o uel cruciari sed tota die hoc est omni uite meae  
tempore. Si enim totam uitam meam in persecutio  
nibus & periculis ago. Dicam quia non sunt condig  
nae passionis huius temporis ad futuram gloriam que  
reuelabitur in nobis. Breue est enim uite huius temp̄  
& exiguum quod in persecutionibus dicimus aeternū  
uero & perpetuum quod expectamus in gloria. & ideo  
in his inquit omnibus superamus. non nostra uirtute  
sed per eum qui nos dilexit. Dum enim in illius amore  
pendemus sensum doloris non recipimus. illius enim  
caritas qua nos dilexit & nostrum ad se rapuit affectū  
Cruciatum corporis & dolorem sentire non facit.  
I ideo ergo in his omnibus superamus. Tale aliquid & in can  
ticis sponsa dicit ad uerbum. Quia uulnerata inquit ca  
ritatis ego sum. Adhunc ergo modum & anima nostra  
a xp̄o uulnere caritatis accepto. & iam si tradat gladio  
corpus non sentiat uulnera carnis pro uulnera carita  
tis. Confido enim quia neq; <sup>nost</sup> neq; uita neq; angeli  
neq; principatus neq; presentia neq; futura neq;



uirtutes neq. altitudo neq. profundum neq. creatura  
 alia poterit nos separare a caritate dī quae est in xpo ihū dño  
 nostro. Duos uideatur ordines apostolus ostendisse eorū  
 qui hominibus temptationes suscitare consueverunt. &  
 in his quidem quae prius descriuimus humanarum tēp  
 tationum intellegitur ordo descriptus. De quibus & iam  
 corinthiis dicebat utpote qui maiora ferre non poterant  
 temptatio uos non adprehendit nisi humana fidelis autem  
 dī qui uos non permittat temptari super id quod potestis.  
 Iunc uero in his sermonibus quos habemus in manibus non  
 humanas temptationes indicant sed maiores humanas  
 & ideo puto quod in prioribus cum enumerasset singula quaeq;  
 ad ultimum dicit sed his omnibus superamus. In his uero  
 secundi ordinis temptationibus non ita confidenter dicit  
 superamus sed ualde tenuiter ait quia nihil horum  
 poterit nos separare a caritate dī quae est in xpo ihū. De  
 humanis enim temptationibus tamquam paruis & le  
 uibus confidenter nos eas superare pronuntiat. Illas uero  
 superiores & plus quam humanas & iam superare &  
 pro sternere non ualemus hoc enim solius xpi opus est  
 qui exiit principatus & potestates triumphans eos in se me  
 ipso. Tamen & hoc in uictoriae loco est sicut omnes in  
 nos impugnationum suarum macenas torserunt a cari  
 tate tamen dī nos separare non ualeant sed iam temp  
 temus singula discutere & quid de uno quoq; sermone  
 apostoli sentiendum sit pro uiribus aperire quamuis  
 altiora in his conges sis se uideatur apostolus quam ex

positionis nostrae sufficit uirtus uel ratio breuitatis am-  
mittere requiramus. Tamen si omnia ista quae numera-  
uit apostolus an quaedam & ex ipsis hoc studium uel in-  
tentionis terunt ut humanas animas a caritate dei  
separare contendant & propter ea moliantur in nos  
cuncta quae patientur. Uideatur enim posse quidem  
hoc agere ut a caritate dei separemur mors fortis sit &  
angeli & principatus & uirtutes aduersantes nobis.  
sine dubio & presentia quae sunt utiq; lubrica & caduca  
sed & profundum potest similiter intellegi. Uita aut  
& futura & altitudo & creatura alia. quomodo a cari-  
tate dei separare nos cernent. non nociosum uideatur ex-  
ponere nisi si qui forte dicat yperbolicos haec aposto-  
lum dicere hoc est non solum per ea quae accedere  
possunt. sed ne per ea quidem quae euenire omni-  
no non possunt. ullo pacto a caritate deflectimur.  
uerbi causa aut si alia nobis daretur uita quam haec  
quae ad deum ducta est aut si futurorum spes alia nobis pro-  
mitteretur uel altitudo uel & iam creatura alia qua  
est illa quae pro nobis congemescit & condolat quod fieri  
utiq; non potest. Ne haec quidem a caritate dei separare  
nos possent. Est ergo unus hic expositionis modus.  
uideamus tamen ne forte possit & iam ante intellectus  
admitti. mors quod dicitur ille accipiendus est quem  
supra exposuimus inimicum christi destruendum dici  
nouissimum. Qui utiq; propter ea mors dicitur  
quia sicut haec communis mors animam separat

acorpore ita & ille contendit animam se. parat acarti-  
 tedi & haec utiq; est animae mors potest ergo fieri ut sit  
 & aliqua uita de parte illius quae cum ipso agit ut nos  
 acartitate sapare & di: quae est uita peccati nisi enim mala  
 esse & haec uita numquam nos suaderet & apostolus ut  
 moreremur peccato & in morte xpi baptizaremur  
 & consepeliremur ei potest ergo fieri ut haec uita pec-  
 cati sit quae nos cupit separare acartitate di. Ego  
 autem puto quod singula quaeq; peccato habeant  
 uitam suam intrans nos nam quodque uitium unum  
 uita peccati est quanto ergo plura intrans uitia de-  
 prehendantur tanto plures esse peccatorum uitae  
 uidebuntur in nobis & propterea forte dictum sit  
 quia melior misericordia tua super uitas. Neque  
 angeli neq; principatus neq; uirtutes.

**I**n promptu est illos angelos intellegere in quibus  
 ignis aeternus a saluatore cum diabolo dicitur pre-  
 paratus; Principatus autem & uirtutes illas  
 sine dubio aduersum quas nobis certamen est uel  
 illos principatus et potestates de quibus dicit  
 cum autem destruxerit omnem principatum  
 & potestatem & uirtutem ex quibus & princeps  
 huius mundi appellatur. Post haec neq; presentia  
 inquit siue instantia potest hoc de his dictum uideri  
 quos in alius idem apostolus rectores huius mundi &  
 tenebrarum nominauit. uel etiam quod presentiu  
 rerum uoluptas & delectatio & uana huius mundi

gloria studeat, nos ad caritatem deducere quae est in xpo  
ihū dno nostro Post hec uideamus quae sint futura quae  
uolunt quidem sed non possunt paulum & similes eius  
separare a caritate dī dupliciter mihi & iam hoc intelle  
gendum uidetur possunt enim intellegi ab eo tempo  
re quo haec scribebat ut hoc dicere uideatur si qua temp  
tamenta siue tribulationes super uenerint a caritate dī  
me separare non poterunt uel & iam futura intellegi  
quae hunc mundum excedentibus occursum sunt cum  
princeps huius mundi aliaeque uirtutes quae sub ipsos  
rēlinere certabunt animam de corpore proficiscentem  
sed non poterunt rēlinere eos in quibus perfecta caritas  
dī quae est in xpo ihū foras mittit timorem uidebit  
autem hunc sensum confirmare & illa scriptura  
quae dicit Dum enim sumus in corpore peregrini  
namur ad dno cupimus autem magis peregrinari  
a corpore & adesse ad dnm & conitimus autem  
siue absentes siue presentes placere, absentes nos  
dicens in corpore positos presentes autem de corpore  
recedentes & ostendit quos studeant scī etiam de corpore  
recedentes placere dō si ergo in eis perfecta sit caritas  
nec illa quae futurae sunt in quibus placendum est dō pote  
runt eos separare ab ipsa cum utiq; non placebunt dō hi  
qui tam mobiles erunt in caritate ut possint ab ea sepa  
rari Haec nobis duplici modo dicta sunt de futuris  
Potest autem fieri ut sit & aliquis tercius horum superior  
quem qui inuestigare potuerit dignum iudicet his

preserrae subiungit deinde neque uirtutes species uide  
 esse una ex pluribus rationabilibus creaturis non in cor  
 pore mortali uitam ducens sed ut angeli. Ex alio tam  
 ordine quam sunt angeli & ipsae. ergo uirtutes haben  
 tes tamen separare nos a caritate dei. sed nec ipsae inquit  
 poterunt si radicata sit et fundata similiter & altitu  
 do et profundum impugnat sicut et dauid dicit. multi  
 debellant me de alto sine dubio cum ab spiritalibus nequi  
 cis de caelestibus urgerentur. & iterum dicit. de profun  
 dis clamaui ad te dñe. cum ab his qui in ferno deputatis  
 et gehenne spiritibus impugnantur. sed ne hec inquit  
 paulus se peccare nos poterunt a caritate dei neque in  
 quit creatura alia potest intellegi aliam creaturam  
 dixisse praeter hanc quam uidemus. est enim alia nobis  
 inuisibilis nunc potest autem et sic accipi praeter illa  
 quae superius enumeraui hoc est angelos et uirtutes  
 Et si qua est alia creatura ne singula per species enu  
 merando longum sermonem trahere uideretur  
 & superfluum aut et alio modo quoniam quidem  
 sciebat paulus multas esse & innumerabiles dei crea  
 turas quarum & iam ipse non omnem sed ex parte  
 scientiam cepit. quarumque non solum species  
 sed et nomina in presentis saeculo ignorentur de quibus  
 et in alius idem apostolus dicit. Saluatorem sedisse  
 super omnem principatum et potestatem & uirtutem  
 & dominationem et omnem nomen quod nominatur  
 non solum in hoc saeculo sed & iam in futuro

propter haec ergo quae scit non posse in presenti seculo sed  
in futuro nominari dixit se uidebitur. Neque alia ulla  
creatura poterit nos separare a caritate dei. Uerum ta-  
men ex his omnibus ostendit paulus salutis suae con-  
fidentiam cum iam neque angelis aduersariis neque  
uirtutibus impugnantibus neque presentibus neque futu-  
ris sibi oblectantibus neque ulla prorsus creatura aduer-  
sante ad caritatem dicit se posse diuelli nec ulli tot  
aduersariorum capere metum ut uere ostenderet quod  
perfecta caritas ex ipso iam foras misit timorem habuit  
enim aliquando & iam ipse metum & timuit ne forte  
caderet et sic quomodo caelestium uirtutum aduersum  
se sic commoueantur bella non metuit aliquando  
carnem suam timuit et ex ea consurgentes insidi-  
as formidauit quando dicebat scribens ad corinthi-  
os macero corpus meum subitio exseruituti ne for-  
te cum alius predicauerim ipse reprobus efficiar et  
ideo ceteris omnibus carnis insidiae formidandaesunt  
et ille quidem nobis procedit hostis ipse cauendus est donec  
in uincam profectum ueniat anima ut dulcedine dei  
caritatis adstricta corporis blandimenta et carnis  
inlecebras abhorrescat unus cum deo spiritus facta  
ueritatem dico in christo non mentior testimonium  
mihi perhibente conscientiam mea in spiritu sancto quonia  
tristitia est mihi magna et continuus dolor cor-  
di meo optabam enim anathema esse ipse ego a christo  
pro fratribus meis qui sunt cognati secundum carnem

60.  
qui sunt israelitae quorum adoptio est filiorum & glor  
& testamenta & legislatio & obsequium & promiss  
siones quorum patres & ex quibus xps secundum carnem  
qui est super omnia ds benedictus in secula: Videns paulus  
quod si secundum ea in quibus supra posuit nulla uis caelesti  
bus uel terrestribus presentibus uel futuris aduersanti  
bus sibi posita xpi caritate seperari contrarium & incre  
debile uideretur quod nunc dicere proponebat optare  
se a xpo quem tam inseparabiliter diligebat anathema  
fieri hoc est alienum effici nemendati notam subire ui  
deretur satisfacionem premitit ut nequaquam de eius  
sermone dubitetur & dicit: Veritatem dico in xpo n  
mentior testimonium mihi perhibente conscientia  
mea in spu sco. Sed uideamus quare dixerit ueritate  
dico in xpo quas ostendens esse aliquam ueritatem  
quae non sit in xpo & uide si possumus tali quodam  
modo ueritatem quae in xpo est ab ea quae non est in  
xpo distinguere quia & alibi idem apostolus dicit  
Est ueritas xpi in me quia non mentior ueritas ergo  
xpi esse credenda est ibi ubi sunt reliquae uirtutes quae  
xpi esse describitur id est ubi iustitia ubi pax ubi  
uerbum di ubi est & ueritas xpi est autem ueritas &  
iniustitia ut si uerbi causa dicamus daemomum illud  
pr thonis quod in actibus apostolorum refertur in  
ancilla quadam habitasse & clamasse post aposto  
los quia hi qui serui di summi sunt qui adnuntiant  
hominibus uiam di. Itat ueritas in his uerbis uerum

num erat quod dicebatur sed non erat ista ueritas in xpo  
& propter ea conuersus ad eam paulus dixit obmutasce & exi  
ab ea. Sed & illud ueritas fuit quod dixit causas expedit  
uobis ut unus homo moriatur pro populo & non uniuersa  
gens pereat. Sed tamen ista ueritas non est in xpo et ideo apos  
tolus ad distinctionem ueritatis eius quae extra xpm est se  
dicit in xpo loqui ueritatem sed & hoc quod dicit testimo  
num mihi perhibente conscientia mea in spū scō. Similem  
mihi uideatur habere intelligentiam redde enim testimo  
num conscientia & iam gentibus quod in superioribus idem  
apostolus ait. testimonium reddente eis conscientia & in  
ter se inuicem cogitationibus accusantibus aut <sup>et</sup> defendentibus.  
¶ Illi ergo in quibus cogitationes suae habent aliquid quod  
accusent & conscientia ad testimonium uenit non potest  
dici quod pro malis actibus in spū scō conscientia & testimo  
num reddat. In apostolo uero ubi cogitatio iam non habet  
quod accuset recte conscientia in spū scō testimonium  
reddit. Uide autem magnitudinem pectoris iā apostolici  
ad caritatem non potest separari quod loquitur in xpo  
loquitur quod in conscientia habet scō spū continetur  
qui quae sō caeli qui troni quae amplissimae uirtutum  
caelestium mentes tam sedibus totam poterunt capere  
trinitatem. Quoniam inquit tristitia est mihi & con  
tinuus dolor corde meo. Esto habeas tristitiam esto  
dolorem capias de perditione fratrum tuorum quis  
cognati secundum carnem num quideo usq; ut posses  
anathema fieri a xpo & quid tibi prodest illorum salus

secdm.



61  
situa salute separaris & quod saluabis alios si ipse pereat  
Non ita inquit est sed ego didici a magistro & dno meo quia qui  
uult animam suam saluam facere perdet eam & qui perdi-  
derit eam inueniet eam. Quid ergo mirum si apostolus  
anathema pro fratribus suis fieri uelit quis sciat eum qui  
erat informadi exinanis se se de ea ac suscepit se formam  
serui & factum esse pro nobis maledictum. Quid ergo  
mirum si cum dñs pro seruis maledictum factus sit seruis  
pro fratribus anathema fiat. Hoc autem arbitror esse  
quod & moyses cum peccasset & populus dicebat ad dñm  
& nunc si quidem remittes eis peccatum remitte sin  
autem dele me de libro uitae quem scripsisti  
Quid ergo inferiorem uis moyses paulum uideri ille se  
deleri potest de libro uitae pro fratribus suis paulus non  
debet optare anathema esse pro fratribus suis sed fortas-  
sed dicat aliquis quia moyses hoc offerens salutem po-  
pulo meruit inpetrare paulus uero optat quidem  
sed non est auditus quid si ostendam tibi magis paulum  
auditum esse quam moysen. Omnes enim illi qui  
per moysen exierunt ceciderunt in deserto posteri uero  
eorum qui terram re promissionis acceperant & iam  
nunc uagantur ab ea ex oles & ex torres paulus uero  
audi quid dicat de israhel. Nolo inquit ignorare uos  
fratres misterium hoc quia caecitas ex parte israhel  
contigit donec plenitudo gentium subintraret & sic  
omnis israhel saluus fiet. Uides ergo quoniam ex  
auditus est paulus & quia se optulit anathema salutem

fratribus meruit. & ideo mihi uidetur illa omnia premisit  
se quod nulla uis possit ad caritate diuelli ut cum se offerat  
anathema pro fratribus suis. non lapsum eius passibilem  
iudices sed sicut ille qui inseparabilis a patre est per natu-  
ram. & immortalis in mortem uenit & in inferna descen-  
dit ita & iste imitando magistrum cum separari a xpi  
caritate. non possit a xpo anathema fiat pro fratribus  
suis deuotione utiq; non pro uariatione quod autem  
cogniti secundum carnem sint paulo israhelita ex po-  
sitione non indiget. Quorum inquit adoptio est  
filiorum. adoptati enim sunt filii israhel ad o. tunc  
cum diuideret excelsus gentes & dispergere filios adam  
secundum numerum angelorum di. & facta est postio  
dm iacob funiculus hereditatis eius israhel. Ista ergo  
adoptio filiorum. & gloria & testamenta datae legis.  
De gloria datae legis sepe iam dictum est sicut & ipse  
apostolus ait. Si enim quod euacuatur per gloriam. & hoc ue-  
tus testamentum multo magis quod manet in gloria est  
euangelii scilicet predicatio sed quod dicit testamenta & le-  
gis latio unum fortasse dicere uidetur. Lex enim quae lata  
est ipsa enim testamentum appellatur. sed ego hanc esse  
etiam distinctionem puto quod legis latio quidem una fuerit &  
semel habita per moysen testamenta uero frequenter  
statuta sunt. quoties enim peccauerunt & abiecti sunt  
totiens exheredati uidentur. & rursum quoties repro-  
pitiatur ds reuocauit eos. scripsisse credendus est & obse-  
quium & promissiones obsequium sacerdotalia dicit  
& in hereditatem suae possessionis adduxit. totiens reparasse testamenta & heredes eos.

officia promissiones quae patribus factae sunt & speranda  
 dandae his qui per fidem filii dicuntur habrahe certum e  
 tamen quod & iam secundum carnem ex ipso genere  
 hoc est ex israhelico fuerint non solum patres sed et  
 xps sicut & per propheta[m] dicit uae illis quia caro mea  
 ex ipsis est Cur autem uae illis quia notus est ihs in ruina  
 & in resurrectionem multorum & quia ab illis quorum  
 caro erat repudiatus est & a gentibus quibus ignorabatur  
 susceptus est sicut & per dauid dicit, populus quem n[on]  
 cognoui seruiuit mihi ex ipsis est ergo & xps secundu[m]  
 carnem qui est super omnia benedictus in secula

Xpm aliud secundum carnem esse & aliud secundum  
 spm iam & in superioribus <sup>huius</sup> ipsius epistolae partibus  
 designauit ubi dicit Qui factus est ex femine dauid  
 secundum carnem qui destinatus est filius di in uirtu  
 te secundum spm scificationis Et quomodo secun  
 dum spm filius di sit & secundum carnem filius dauid  
 ibi plenius prouerbis exposuimus quem ergo ibi secun  
 dum spm filium di dixit hic procedente doctrine  
 ordine proficientibus utpote auditoribus dm qui e  
 super omnia ipsum esse pronuntiat & miror  
 quomodo quidam legentes quod idem apostolus in  
 aliis dicit Unus ds pater ex quo omnia & unus  
 dns ihs xps per quem omnia Negent filium di  
 dm debere profiteri ne duos deos dicere uideantur  
 & quid de hoc loco apostoli facient in quo ap[osto]l[us] ex te xps  
 super omnia ds esse per scribitur Sed non aduertunt

qui haec ita sentiunt quia sicut dñm ihm xpm non ita unū  
esse dñm dixit ut ex hoc dñs pater dñs non dicatur. Ita &  
dñm patrem non ita dixit unum dñm ut dñs filium non cre-  
datur. Uera est enim scriptura quae dicit. scitote quod  
dñs ipse est dñs. unus autem uterq; est dñs quia non est  
aliud diuinitatis initium quam pater. sed ipsius unus  
pater in fontis sicut sapientia dicit. Purissima est ma-  
natio. filius ē ergo xps dñs super omnia quae omnia  
illa sine dubio quae & paulo uite diximus. Super prin-  
cipatus & potestates & uirtutes & omne nomen quod  
nominatur non solum in hoc seculo sed in futuro.

Qui autem super omnia est super se neminem habet.  
Non enim post patrem est ipse sed de patre. hoc idem autem  
sapientia dī & iam de scō spū intellegi dedit ubi dicit.

Sp̄s dñi replebit orbem terrarum & qui continet omnia sci-  
entia habet uocis. Si ergo filius dñs super omnia dicitur & sp̄s  
sēs continere omnia memoratur. Dñs autem pater est ex  
quo omnia euidenter ostenditur naturam trinitatis &  
substantiam unam esse quae est super omnia.

xxu **N**on autem excidit uerbum dī non enim omnes qui sunt  
ex israhel nec quia sunt semen abraham omnes filii.  
Sed in isac uocabitur tibi semen. id est non qui filii carnis  
sunt filii sunt dī sed qui filii promissionis sunt deputantur  
in semen. Quoniam supra dixerat quod pro fratrib;  
suis qui sunt cognati secundum <sup>carne</sup> qui sunt israhelites  
optarēt etiam anathema fieri. eo quod ipsorum esset  
& adoptio filiorum & legislatio & promissiones.

De his nunc dicit quia uerbum dei non excidit. hoc est promissio quae ei facta est non euariuit. qui enim uerus fuerit israhel non carnali genere tantum de abraham genus ducens non enim qui filii carnis sunt hi & filii dei sunt sed qui secundum promissionem fidei de abraham descendit ipse & iam dei promissa consequitur. Nam de genere israhel multi sunt sed non omnes israhel appellantur. Israhel numquid dominum uidendo nominatus est. sic enim ipse iacob dicit. **Vidi dominum facie ad faciem et salua facta est anima mea.**

**Ergo** quia uidit dominum israhel appellatus est quia uero uidit eum quid dixit quia me uidit uidit & patrem israhel non potest dici nec quia sunt semen abraham omnes etiam filii sunt. hoc uidelicet iam tunc designabatur in abraham cum ei multos filios habenti quos apostolus filios carnis appellat.

In solo isaac quierat re promissiones filius seminis sui posteritas poneretur. **Et nunc ergo** qui secundum isaac filii promissionis sunt. id est fidei illius per quam promissionem meruit futurae hereditatis accipere. Ipsi tantum deputantur in semen. In ipsis enim hereditatis successio conlocatur. Promissionis autem uerbum hoc est ad hoc tempus ueniam & erit sarrae filius non solum autem sed & rebecca ex uno concubitu habens isaac patre nostro.

**Nam** cum nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni uel mali ut secundum electionem propositum dei maneat non ex operibus sed ex uocante dictum est ei quia maior serui & minori sicut scriptum est iacob dilexi israhel autem odio habui. **Proposuit** apostolus persequi quod licet

repu diatus sit populus israhel per infidelitatem. Non tamen  
promissiones di quae erga eos habitae fuerant ceciderunt  
& frustratae sunt. Docetq; quodcum multi filii fuerint  
abrahae. in solo isaac sit facta promissio. non enim inquit  
qui filii carnis sunt hi sunt filii di. & contendit ostende  
re quomodo isaac consistat filius carnis sed filius di. & credit  
adea quae de ipso in genesi scriptae sunt. Promissionis in  
quit uerbum hoc est ad hoc tempus ueniam & erit sarrae  
filius. Non ergo inquit per ordinem natiuitatis carnalis  
isaac nascitur quippe cum & abraham emortui iam corporis  
haberetur & uulua sarrae esset emortua sicut supra dic  
tum est sed per uirtutem eius quid dixit ad hoc tempus uenia  
& erit sarrae filius. Meretur igitur non carnis sed di filius  
dicitur qui ex aduentu et sermone nascitur di. Haec ergo  
inquit ratio non solum de isaac sed de iacob recipienda est.  
**N**am & rebecca inquit non secundum carnalis natiuitatis  
ordinem protulit partum. Cum enim ex uno concubitu  
isaac geminos concoepisset nondum partu edito neq; ullis  
actibus puerorum bonis malisue inter homines haberetur  
erga iacob diuina habetur electio & dicitur. quia maior  
serui & minori et iacob dilexi esau autem odio habui.  
**C**ur autem haec ita dicta sint docet. Ut secundum electione  
inquit propositum di maneat non ex operibus sed ex uo  
cante. Hoc est ut non qui filii carnis sed qui filii di sunt  
ipsi deputentur in semen. Sicut enim ibi ex multis filiis  
carnis isaac elegitur ad id qui adoptetur in filios di.  
Ita & hic ex duobus unus elegitur iacob qui adoptetur

in filiis dei. & si uerum sit quod promissiones dei non in  
 carnis sed in diuinitate consistunt. sed haec omnia eos spec  
 tant ut illud probet apostolus si uel isaac uel iacob pro  
 his meritis electi fuissent ad deum. Quae in carne positi  
 quaesierunt & per opera carnis iustificari meruissent.

**P**ossit utique meriti eorum gratia ad posteritatem quoque  
 carnis & sanguinis pertinere. Nunc autem cum elec  
 tio eorum non ex operibus facta sit sed ex proposito dei &  
 ex uocantis arbitrio promissio. Num gratia non in filiis  
 carnis impletur sed in filiis dei. hoc est quasi similiter ut ipsi  
 ex proposito dei eliguntur & adoptantur in filios. Con  
 pletur namque & iam in his illud quod iam supra exposu  
 imus. Quia quos praesecit illos & praedestinauit & quos  
 praedestinauit illos & uocauit & quos uocauit illos &  
 iustificauit & quos iustificauit illos & glorificauit.

Quaecumque autem de his sermonibus supra exposuimus  
 eadem & iam ad praesentis loci & planationem satis  
 abundeque sufficiunt ne iterando eadem fastidium  
 legentibus. Quidergo dicemus. xxvi.

**N**umquid iniquitas apud deum absit. misericordiam dicit  
 miserere cui misererebor. & misericordiam prestabo  
 cui misererebor. Igitur non uolentis neque currentis  
 sed misericordis est deus. Dicit enim scriptura pharaoni  
 quia ad ipsum te excitaui ut ostendam in te uirtute  
 meam et ut adnuntietur nomen meum in uniuersa  
 terra. Ergo cui uult miseretur & quem uult indurat  
 dicit itaque mihi quidergo adhuc queritur uoluntati

"eius quis resistit. Legentem haec meminisse aduentu  
us conuenit similitudinis illius quam in superioribus  
libris de apostolicis sermonis dispensatione posuimus.  
Quod tanquam regiae cuiusdam domus quae multiplicibus  
sit egressibusq; distincta ex uno aluit conclaue ita transe-  
atur ut uix ingredientis indicia aut egredientis appareant  
ita & iam paulum diuinorum misteriorum secreta  
paululum quidem sub apperientem uideri non tamen  
plane a pesteq; pandentem. deniq; cum propheta quae  
superius dixerat de saac & iacob quod per electionem &  
ex proposito di antequam aliquid operis boni malue ges-  
sissent di dixerit uel de illo ad hoc tempus ueniam & erit  
sarrae filius uel de hoc iacob dilexi esau autem odio habui.  
Cum in presenti capitulo introduxisset aliquam persona  
uelut contra dicentem sibi & questionem mouentem  
& diceret numquid iniquitas est apud dm si non uolentis  
neq; currentis sed miserentis di & si pharaonem propterea  
elegit ut in ipso potentiam suae uirtutis ostenderet.  
& si ipse cui uult miseretur & quem uult indurat.  
& quid de hominibus inquit queritur. & cur qui peccat  
culpatur cum talis de uno quoq; ipsius uoluntas habeatur.  
Haec ergo & his similia commentum atq; in huius se myste-  
rii cubiculum proter uisus & importunus ingerenti  
cum increpatione dignissima exclamationis occur-  
rit & dicit. O homo tu quis es qui contra respondeas do-  
quasi si diceret tu quis es qui te in aulam regis in mergis  
& interioris cubiluli ausus es secreta penetrare.



I deinceo igitur & nos in talibus suspensio pede tanquam in au-  
 regia positi pauca sermone plura silentio transeamus.  
 Ipso nobis apostolo paulo magistro & duce huius itineris facto.  
 Igitur ex persona contradicentis sibi dicit apostolus  
 Numquid iniquitas apud dm̄. et statim ininitus respon-  
 dit absit. ut ad omnia cetera quae ex persona contra-  
 dicentis obicienda sunt ab apostolo semper responderi  
 uideatur absit. Iste ergo qui contradicit utitur &  
 mori si uerbis quibus dicit ad eum ds̄. Miserebor cui  
 misereor & misericordiam prestabo cui miserebor.  
 Quod si est inquit non ergo uolentis neq; currentis est  
 salus sed eius cui misereor ds̄. Nam & pharaoni inquit  
 dicitur quia ad hoc ipsum te excitauit ut ostendam  
 in te uirtutem meam & adnuntietur nomen  
 meum in uniuersa terra ut ex hoc uideatur ostendi  
 quia si ad hoc electus est pharao ut per eum uirtus di-  
 omnibus declaratur. Non fuit in sua potestate quod  
 periret & addit post omnia ergo cui uult misereor  
 & quem uult indurat. Hoc est inquit quod ad se-  
 ueras tu qui contradicis quia sine causa conqueritur  
 & arguit homines ds̄. si enim ipse quem uult eligit  
 et quem uult abicit. uoluntati illius quis resistit  
 per quae omnia illud sine dubio contradictio ista  
 molitur quod in homine non sit liber tuus arbitri-  
 ne habeat unus quisq; sui potestatem ut aut sal-  
 uetur aut pereat. De quibus plenius quidem a nobis  
 in eo libello ubi de arbitrii libertate disseruimus

pro uiribus singula quaeq; discussa sunt quae ad in-  
structionem satis superque sufficiant. Paucis ta-  
men & iam nunc de his quae ibi dicta sunt ammone-  
bimus quod dixit non uolentis neq; currentis sed  
misericordis est dñs. Ita accipitur sicut & dauid dicit  
in psalmo. Nisi dñs aedificauerit domum in uanu  
laborauerunt qui aedificant eam. Nisi dñs custo-  
dierit ciuitatem in uanum uigilabit qui custodit eam.  
In quo ostendit non quia is qui domum aedificat  
nihil agat & otiosus sit & ita eam aedificet dñs sed  
ipse quidem quantum est in homine sollicitudinis  
& laboris expendat. Dixit autem ut obstaculis om-  
nibus amotis opus per uenia ad effectum. Cum ergo  
per hoc doceatur quod homo quidem laborem impendat  
& sollicitudinem dñs autem successum operi tribuat  
& effectum. pium utiq; & religiosum est dō & homi-  
ne quod in se agente operis summam dō magis  
quam homini deputare. sic & cum paulus plantabat  
apollon irrigabat dñs dare dicitur incrementum.  
Et additur. Itaq; neq; qui plantat est aliquid neq;  
qui irrigat sed qui incrementum dat dñs. Ita ergo  
etiam in presenti loco possumus dicere. itaq; neq;  
qui currit est aliquid neq; qui uult sed qui effectum  
dat dñs. qui enim uult & qui currit hoc uidentur esse  
quod est ille qui plantat & ille qui irrigat. sed eum  
qui plantat et eum qui irrigat nihil esse dicit aposto-  
lus. non quo nihil agat sed quo ad comparationem

di qui incrementum dat operi uel effectum illum  
 esse ducantur sed et hoc quod dicitur ad pharaonem  
 quia ad hoc ipsum te excitauit ut ostendam in te uirtu-  
 tem meam quale sit uideamus certum est dñm  
 non solum scire unius cuiusque propositum ac uoluntate  
 sed & prescere. Sciens autem & presciscere tam  
 quam bonus dispensator & iustus unius cuiusque  
 motibus & proposito utitur ad ea opera efficienda  
 quae unius cuiusque animus ac uoluntas eligit  
**V**elut si uerbicausa dicamus pater familias si qui  
 sit sapiens et iustus habens multa seruitia non  
 ne quanta fieri potest sagacitate contempletur  
**Q**uorum ex his animus aptus sit ad rus colendum &  
 ipsos ruri deputabit cuius uero ad negotiandum  
 cuius etiam nutriendi pecoris cuius uero ad ministe-  
 rium et obseruandi cubiculi sui aptum probarit inge-  
 nium et ita unumquemque conpetentibus officiis  
 ut pote sapiens mancipabit. Verum quoniam  
 non lateat cum siue pater familias siue ex iste sit  
 quod necesse est interdum rebellare subiectos &  
 disciplinae uis a corrumpere & ob hoc correptione  
 ac uerberibus indigere. Necesse est ergo ut eligat  
 ex omnibus apta & ad hoc ingenia si qua illa sunt utro-  
 cuius incitata quae suis quidem motibus ferantur.  
 emendationem tamen delinquentibus necessaria  
 conferant. Ponamus ergo uel patrem familias  
 istum uel regem uidisse tempus quo emendari

debet hi qui contra mores ac disciplinam multa com-  
miserant & elegisse durissimum aliquem & his ipsis  
qui corripendi sunt multo durorem qui pro sceleribus  
suis iam non sit dignus emendatione sed morte uolens  
interitum eius ad emendationem proficere celerorum  
mittit eum ad illos quos morte eius corrigi cupit & di-  
citei . Quia ad hoc ipsum te suscitavi ut ostendam inte-  
uitutem meam & ut adnuntietur nomen meum  
in uniuersa terra . Vide enim quia non dixit quia  
ad hoc ipsum te feci alioquin ad conditorem referri  
culpa uideatur sed ait ad hoc ipsum te suscitavi hoc est  
ut per animi tui malitiam quam tibi ipse infrenis & sine  
di timore uiuendo quesisti & in alios inrogeatur utilis ac  
fructuosa correptio & in ipsum ad posteritatis exem-  
plum famosissimus conferatur interitus . Quod aut  
dicit . ergo cui uult miseretur & quem uult indurat  
Ex his quae in exodo scriptae sunt uideatur adsumere ubi eni  
dicit . Indurabo cor pharonis ut ne dimittat populum  
Indurabitur autem cor pharaonis hoc modo noluit deus in  
eum subitam & plenam dare uindictam . Quamuis seni-  
es se consumatae malitiae tamen per patientiam  
suam deus nec ipsi facultatem conuersionis excluderat .  
Et ideo primo lenioribus tum etiam paulatim in graues-  
centibus meum uerbis utitur . Sed quod deus gerebat  
per patientiam . ex hoc ille indurabatur ad contemptum  
maiores sibi iram recondens . ita ut ad ipsum dice con-  
ueniat illud quod apostolus scribit . In diuitias

bonitatis eius aut patientiae & longanimitatis contemp-  
 nis. ignoras quoniam paciētiā dī ad penitentiam te ad-  
 ducit. secundum duritiam autem tuam & cor in-  
 penitens thesaurizat tibi ipsi iram in die irae.

**N**on ergo quem uult dī indurat. sed qui patientiae ob-  
 temperare noluerit induratur. Super flumē ergo  
 est quod dicit apostolo. O tu qui aduersaris. Quid  
 ergo adhuc queritur. uoluntati enim eius qui resistit.  
 Voluntati enim dī certum est quod nullus obsistat. sed  
 uoluntatem eius iustam rectamq; esse scire nos conuenit.  
 Ut boni enim aut mali simus nostrae uoluntatis est.  
 Malus autem ad cuius modi uerbera. Et bonus ad cuius  
 modi gloriam distinetur uoluntatis est dī.

**O** homo tu quis es qui contra respondeas dō. Numquid dic-  
 figmentum ei qui se finxit quid me sic fecisti. Aut non  
 habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere  
 aliud quidem uas in honorem. aliud uero ad contumeliā.

**L**egimus et in euangelio eos qui proterue et infideliter in-  
 quirebant ad dno. in qua potestate haec faceret & quae faci-  
 ebat. & qui ei dedisset potestatem hanc. Ne responsi- quidem  
 onem dignos habitos. Similiter quoq; & in presenti  
 loco motum uidemus apostolum & aduersum insolē-  
 tes questiones per ea quae respondit proponentis contu-  
 matiam confudisse. At enim. O homo tu quis es qui  
 contra respondeas dō. Hoc est enim homo apud dīm quod  
 apud figulum lutum. & sicut seruus nequam si forte  
 uidebitur dno fieri debere aliquod opus quod & rationis

utilitatis plenum sit. Ille autem operari nolens ea  
quae dñs iubet discutere incipiat & requirere ad dño ut quid  
hoc opus fieri iubet cui prodest ubi necessarium est con-  
tumaci seruo quae erit tam digna responsio nisi iudica-  
tur ei tu quis es qui contra respondeas dño. Ita placet  
Ita dño uidetur. Non puto autem quod si fidelis seruus  
& prudens interrogat uolens intellegere et mirari  
sapientiam dñi quod dicatur ei tu quis es. Deniq; cum  
daniel propheta uoluntatem dñi considerasset agnoscere  
unde et uir desideriorum est appellatus. Non est ei  
dictum tu quis es sed missus est angelus qui eum de  
omnibus dispensationibus et iudiciis edoceret. Et nos  
ergo si aliquid de secretis di & reconditis desideramus  
agnoscere si desideriorum & non contentionum uiri  
sumus occultius in diuinis litteris inserta di iudicia  
fideliter et humiliter requiramus. Propter ea naq;  
& dñs dicebat scrutamini scripturas. Sciens haec non  
ab his qui in malis negotiis occupati transitoriae uel au-  
diunt uel legunt sed his qui recto et simplici corde iugi  
labore continuisq; uigiliis altius scripturas diuinas scrutari  
tur aperiri. Ex quibus ego me non esse bene noui. Siqui  
tamen sit qui ita querat inueniet uerum tamen & nos  
pro uiribus ad ea quae habentur in manibus conuertamur.

Numquid dicit figmentum ei inquit quis se finxit quidne  
sic fecisti aut non habet potestatem figulus luti ex eade  
massa facere. Aliud quidem uas ad honorem aliud  
uero ad contumeliam. Et apud hieremiam propheta

tale aliquid legitur ubi iubetur ad dō introire in domum  
figuli & uidere eum fingentem ut quae uas conlapsum  
de manibus suis recolligens rursus finxit illud secundū  
uoluntatem suam. Et factus est inquit sermo dñi ad  
eum dicens. Numquid ego non potero facere domum  
israhel sicut figulus iste & sapientia dicit uasa figuli  
probat fornax et homines iustos temptatio.

Habeat ergo nostris potestatem sicut & figulus luti  
ut faciat ex eadem massa uas ad honorem et uas ad  
contumeliam. tibi ergo qui insolenter respondes dō  
haec audisse sufficiat. Qui uero opera sapientiaedi in  
dispensationibus eius desiderat contueri audiat in alio  
loco de his ipsis paulum diuinorum secretorum consci  
um disputantem. In domo autem magna non sunt  
inquit tantum modo uasa aurea & argentea sed &  
lignea et fictilia & alia quidem ad honorem alia autē  
ad contumeliam. Si ergo quis emundauerit semetip  
sum ab hiserit uas ad honorem scificatum & utile dño  
ad omne opus bonum paratum. Audis paulum in his  
in quibus non habuit contradictorem quomodo uaso  
rum diuersitates aperuit nam ibi <sup>ubi</sup> auditor non  
erat dignus sed contradictor erat sola fictilia uasa  
commemorata hic autem & aurea dicit esse & ar  
gentea & lignea & fictilia et alia quidem esse ad  
honorem alia autem ad contumeliam fiant. Ibi si  
luit hic aperuit. Si enim quis emundauerit seme  
t ipsum inquit ab his sine dubio peccati sordibus erit

inquit ad honorem uas scificatum & utile dño ad omne  
opus bonum paratum. Restat igitur ut quis non e-  
mundauerit nec per penitentiam peccati maculas ab-  
luerit sit uas ad contumeliam. Quod & si auxerit mali-  
tiam & conuerter per duriam mentis & cor in penitentem  
omnino contempserit erit iam non solum uas contu-  
meliae sed et uas irae. Ita ergo rationem quam ibi  
indigne poscentibus claudit. hic digne desiderantibus pandit.  
Per quam etiam illud quod paulo ante de iacob et esau  
proposuit apertius explanatur. Vt enim iacob esse  
uas ad honorem scificatum & utile dño ad omne opus  
bonum paratum anima eius emendauerat semetipsam.  
& uidentis dñs puritatem eius potestatem habens ex ea-  
dem massa facere aliud ad contumeliam. Iacob quidem  
qui ut diximus emendauerat semetipsum facit uas ad  
honorem. Esau uero cuius animam non ita puram nec  
ita simplicem uidit ex eadem massa. fecit uas ad contume-  
liam. Vt autem scias quod proprietate et simplicitate  
animae iacob factus fuerit uas ad honorem. Audi quale  
ei diuina scriptura simplicitatis testimonium perhibet  
et erat inquit iacob homo simplex habitans domum.  
Ideo ergo apostolus dicit de eis iacob dilexi esau autem odio  
habui. Quod si uolens dñs ostendere iram et notam fa-  
cere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa  
irae apta in perditionem ut notas faceret diuitias gloriae  
suae in uasis misericordiae quae preparauit in gloria  
sua. Quos et uocauit nos non solum ex iudaeis sed  
& qui priusquam miserentur dicit de eis.



etiam ex gentibus sicut moyses dicit uocabo non plebem meam  
plebem meam & non dilectam dilectam & erit in locum  
ubi dictum est eis non mea plebs uos ibi uocabuntur filii

diuini. Saepe de in compositis elocutionibus apostoli  
defectibus quae earum commonuimus quod et in praesenti  
loco nihilominus inuenitur non enim reddidit ad aliquid  
ad hoc quod ait in principio capitula quod si uolens de uerbi cau-  
sa ut in alius ipse dixit quod si primitiae scae & massa hic  
nihil tale reddidit sed quasi uagam conuinctionem istam  
reliquid quae etiam si non adsumatur lucidior absq; ea  
dabitur intellectus uerbi causa ut ita legamus uolens de

ostendere iram et notam facere potentiam suam.

Sustinuit in multa patientia uasa irae aptata in perditionem.  
Ut notam faceret diuitias gloriae suae in uasis misericordiae  
in quo hoc uidetur intellegi quia dum sustinuit deus & patienter  
fert incredulos & infideles notam facit hominibus et patientiam  
et potentiam suam diu sustinet si forte resipiscant & conuertantur  
potentiam dum aliquando punit & flagit non usquequaque  
in alta derelinquit & rursus in uasis misericordiae hoc est  
qui semetipsos emundauerunt ab omni sordibus peccati  
ex qua mundus nemo est & iam si unius diei fuerit uita  
eius notam facit diuitias gloriae suae quae uasa non in  
rationabili aliqua aut fortuita gratia sed quoniam se a  
supra dictis sordibus expurgauerant praeparauit in gloriam.  
Quod autem subiungit quos & uocauit non solum ex iudeis

ad etiam ex gentibus superiora enim quae de pharaone  
qui fuit uas irae & de filio israhel qui erat uas misericor  
diae persecutus uidetur. Hic ergo quod subiungit quos  
& uocauit nos non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus  
similitudinem uidetur adsumere. hoc est ut ita dictum  
uidetur sicut et nos sumus uasa misericordiae quos uo  
cauit non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus. Haec  
quantum ad ipsius apostoli sermonis ordinem expla  
nationem eius uerborum pertinet dicta sint. nunc  
breuiter repetentes aliqua etiam de intellectu interi  
ore requiramus quomodo ergo deus notam facit iram  
suam per uasa inquit irae aptata in perditione.

Obstupesco ego apud me ipsum scilicet spiritu consilium  
in diuinis uoluminibus contuens. Nam iram quidem  
dei quae est a natura eius extranea notam fieri homi  
nibus dicit sicut praesens hic apostoli indicat locus.  
Bonitatem uero eius & dulcedinem quod naturae eius  
est proprium abscondi memorat & occultari. Sicut  
et dauid dicit quam magna multitudo dulcedinis tuae  
dne quam abscondisti timentibus te. Quid ergo  
causae dicemus quod deus iram manifestat hominibus  
& dulcedinem celat. scit sine dubio fragilem esse ho  
minum genus & ad lapsum proclive per negligentiam  
quibus expediat magis esse sub metu irae quam spe  
benignitatis dei et dulcedinis relaxari. Sicut et sapi  
entia dei dicit Qui percutit baculo odit filium suum.  
si enim percusseris eum uirga non morietur.

animam autem eius saluam facies a morte. Nota  
facit ergo potentiam suam ds dum impios castigat et  
corripit. ut secundum scripturae sententiam

Dum flagellatur pestilens innocens astutior fiat

Nota autem facit & iam diuitias gloriae suae in uasis  
misericordiae quae preparauit in gloriam innotes  
sunt diuitiae di cum erga eos qui inter homines sper  
nuntur et humiles sunt misericordia eius ostenditur  
qui non in diuitiis suis nec in potentia sua sed in do  
sperant sicut et tunc hebraeorum gens desperata in  
ter homines & abiecta ad o misericordiam consecuta est

Ita ergo et nunc populus gentium qui spernebatur &  
dispernebatur ab his qui in circumcissione gloriantur  
misericordiam consecutus est. Sed illud est quod  
acrius debemus intendere quia et illi consecuti sunt  
misericordiam & plebs di appellati sunt & dilecti di  
fuerunt sed quoniam seruare acceptam gratiam  
nescierunt dicitur ad eos in quibus moechabantur com  
moratio israhel. Dimisicam et dedi ei bellum repu  
di in manus suas & item alibi facti estis mihi in faci  
& item iam nondum uitam peccata uera. Et per he  
remiam dicit sicut spl lunca leae facta est mihi heredi  
tas mea. Nefoste et iam nos qui non fuimus plebs  
di sed per diuitias gloriae suae uocauit nos plebem  
suam & qui non fuimus dilecti sed facti sumus dilecti  
& filii di uiui: si non ut filii lucis & filii di ambulemus  
si non ut plebs di ita agamus ut uidentes homines

operanostra magnificenti patrem uestrum qui in caelis est  
uerendum est ne illum sermonem incurramus apostoli quo  
ait. Si enim de naturabilibus ramis non pepercit nec tibi  
parce. testimonium sane hoc quod osce adsumit aposto  
lus quantum ad locum ipsum prophetae pertinet non  
uideatur de gentibus sed de ipso populo israel dici sed ut in  
superioribus diximus ex simili paulus sumit exemplum  
ut ostendat quia sicut illis quondam cum abiecti essent  
et desperati dictum est primo uos non populus meus &  
ego non sum uester. & addit post haec & dicit. & erit in lo  
co in quo dictum est eis non mea plebs uos uocabuntur  
& ipsi filii diuini. Ita inquit & nos quos uocauit non solum  
ex iudeis sed etiam ex gentibus qui ante non erant plebs eius  
nunc plebem nos suam uocauit & non dilectam dilectam.  
**E**t in loco ubi dictum est nobis non plebs mea uos ibi uocabi  
mur filii diuini. Sed fortasse requirant a nobis hi qui  
ex circumcissione sunt et dicant ubi enim ad uos dictum est  
quia non sitis plebs di uos ut ibi uocemini filii diuini.  
**A**dserent enim quod dicitur in iudea haec locutus est. In ipsa enim  
tantum modo notus est deus. Et nihil ad nos spectat quia lex  
ad eos qui in lege sunt loquitur. Immo ego ostendam locum  
multo digniorem ubi deum loqui & decuit et possibile fuit.  
Nec enim consequenter deus loqui in montibus et rupibus &  
quibus cumque terrenis locis dicitur. sed loquitur deus in mente  
hominis in sensu rationabili et in principali cordis et ibi  
cum indigni & alieni ad oculos conscientia redurguante  
culpantur ibi inquam pronuntiatur ibi dicitur ad

singulos quosq; quia non plebs mea uos. Si uero emun-  
 do se quis ab his & purificet et pax dei quae superat om-  
 nem mentem cor eius incipiat custodire ibi hoc est in  
 cordis secreto pacificus effectus filius dei conscientia ad sti-  
 pulante uocabitur. **E**saias autem clamat pro israhel.  
 si fuerit numerus filiorum israhel tamquam arena  
 maris reliquiae saluae fient. **V**erbum enim consu-  
 mans & breuians in aequitate quia uerbum breuia-  
 tum faciet dominus super terram. **E**t sicut predixit  
 esaias. nisi dominus sabahot dereliquisset nobis semen sicut  
 sodoma facti essemus & sicut gomorra similes fuissetemus.

**Q**uid ergo dicimus quod gentes quae non sectabantur iusti-  
 tiam comprehenderunt iustitiam iustitiam autem  
 quae ex fide est. Israhel autem sectans legem iusti-  
 tiae in legem non peruenit quare quia non ex  
 fide sed quasi ex operibus offenderunt in lapidem of-  
 fensionis sicut scriptum est. **E**cce pono in sion lapidem  
 offensionis & petram scandali. & qui credit in eum non  
 erubescet. **P**ostea quam per dei sapientiam quam lo-  
 quitur paulus inter perfectos secreta & abscondita  
 diuinae dispensationis exposuit et ostendit quae ratio  
 ne quae uel ordine uel iram dei ostendit in uasis irae  
 uel diuitias gloriae suae in uasis misericordiae.

**E**t docuit quos uas irae fiat unusquisq; ex eo quod per duri-  
 tiam suam & cor inpenitens thesauri z& sibi ipsi iram.  
**V**as autem misericordiae sint hi qui se mundauerunt  
 ab his et ad omne opus bonum preparauerunt.

ut haec ipsa maiore auctoritate confirmet etiam  
in prophetis docet haec esse scriptum. Esaias inquit  
clamat pro israhel. si fuerit numerus filiorum israhel  
tamquam arenamaris reliquiae saluae fient.  
Prouident enim de futuris propheta quod plurimi  
ex israhel & hi maxime quae arenamaris conpa  
rantur per duritiam suam & cor inpenitens futu  
rierant uas irae aptata ad perditionem non cre  
dentes uite suae sed dnm maiestatis crucifigentes.  
Si ergo inquit fuerint tamquam arenamaris reli  
quiae saluae fient illi qui non saluantur tamquam  
arenamaris sunt. Reliquiae uero quae saluae fient  
tamquam stelle caeli sunt. Utrumque & enim  
promissionis quae ad abraham factata est continet  
sermo. Erit inquit semen tuum sicut arena maris  
& sicut stellae caeli. & hoc est quod dicit.

- ¶ Verbum enim consumans & breuians inaequitate.
  - ¶ quia uerbum breuiatum faciet dñs super terram.
- Verbum breuiatum est ubi multi uocati sunt. pauci  
autem electi. Possumus autem & totius doc  
trinae uerbum dicere breuiatum ut quod pri  
us lex & prophetae continebant in latitudine prae  
ceptorum ueniens dñs pronuntiaret et diceret  
diliges dñm dñm tuum ex toto corde tuo & ex  
tota animatua & ex totis uiribus tuis & proxi  
mum tuum tamquam te ipsum. In his duob.  
mandatis pendit omnis lex & prophetae. In quo

euidenter prophetas & legem duobus his sermonibus  
breuiavit. potest & uerbum breuiatum dici fides  
simbolu quae credentibus traditur. in qua totius myste  
rii paucis summa conexas sermonibus continetur.

**E**t sicut praedixit inquit esaias. Nisi dñs sabahot dereli  
quisset nobis semen sicut sodoma facti essemus & si  
cut gomorra simile fuisset. Quod semen esaias  
ad dñm dicit relictam. illud sine dubio quod idem apos  
tolus exponit in alius. cum dicit ad abraham dictu eē.

**T**ibi dabo terram hanc & semini tuo non dixit ex semi  
nibus. quae in multis sed semini tuo tamquam in  
uno quae est xps. Hoc est ergo quod dicit esaias. nisi  
dñs reliquisset nobis semen id est nisi dedisset nobis xpm  
ut ex nobis nasceretur sicut sodoma fuissemus. quan  
tum ad impietatis magnitudinem spectat nisi quia  
& grauius aliquid apud israhelitas gestum est. Nam  
sodomitae inhospites incesti referuntur & pudici.

**P**opulus uero israhel in eum sacrilegus extitit. qui cum  
dñs maiestatis sit frater eorum & dicit uolui & esse.  
**N**isi ergo semen istud dñs reliquisset per quod reliquiae  
saluae fierent & uasa misericordiae saluarentur inter  
isset populus ille ut sodoma & tamen non otiosae esaias  
semen nominauit quod relictum est. Semen namq.  
dicitur quod seminatur in terra & fructum mul  
tiplicem reddit. Docens per hoc etiam xpm semi  
nandum esse id est sepeliendum esse in terra & inde  
resurgentem fructum plurimum totius ecclesiae

altitudines prolaturum. sicut & ipse dñs dicit.  
¶ Iſi granum frumenti interram ceciderit & mortuum  
fuerit fructum non adfert. Si autem mor-  
tuum fuerit fructum plurimum adfert. Quid  
ergo inquit dicemus quod gentes quae non sectabantur  
iustitiam adprehenderunt iustitiam iustitiam au-  
quae ex fide est. Videatur fortas sis hoc contra-  
rium esse illis quibus supra diximus uel quod  
unusquisq; emundet se & expurget ut fiat uas uti-  
le & uas misericordiae uel illis quae in superioribus dis-  
seruimus quod naturale lege in qua sine dubio est &  
iustitia utantur & iam gentes. Quomodo ergo hic  
dicit quia gentes quae non sectabantur iustitiam  
conprehenderunt iustitiam. Uide ergo si hoc modo  
possumus respondere aliud est sectari aliud in situm ha-  
bere. Sectari dicitur ille qui per doctrinam & lectio-  
nem multam adsequi aliquid cupit. Unde & a sectan-  
do sectae appellatae sunt. huiusmodi doctrinae quae  
hominum traditione discuntur. Gentes ergo quia  
legem tabulis uel libris scriptam non habuerunt non  
dicuntur sectatae esse iustitiam habuerunt tamen  
quia lex eos naturalis edocuit. Idcirco ergo proximi fue-  
runt iustitiae ei quae ex fide est id est xpo. Israhel uero  
sectans legem iustitiae in legem non peruenit. Et hic  
locus sicut supra obseruandum duximus in uno eodemq;  
uersiculo diuersae nominat legem. Certum est enim  
quia israhel sectabatur legem iustitiae secundum



litteram, sed in legem non peruenit quam legem  
 sine dubio sp̄s. Neq; enim hoc diceret apostolus quia  
 legem quam sectabatur & quam tenebat & quam  
 habebat in hac non peruenit. reddit ergo ratione  
 cur in legem israhel non potuerit peruenire. Quia  
 non ex fide inquit sed quasi ex operibus. de fide xpi  
 et operibus legis abunde in initus huius epistulae  
 disseruimus. & ideo nec eadem sepius iteremus  
 presentem locum paucis ipsius apostoli sermonibus  
 explicemus quibus dicit. Ignorantes enim diuinitiam  
 & suam querentes statuere iustitiae di non subiecti.  
 finis enim legis xpi ad iustitiam omni credenti.  
 Quia ergo legem sectabantur non secundum opera  
 iustitiae di sed secundum opera iustitiae suae. id  
 circo offenderunt in lapidem offensionis de quo  
 scriptum est. Ecce pono in sion lapidem offensio  
 nis & petram scandali & qui credit in eum non erubescet.  
 Sciendum autem est quod in esaiia propheta hoc testimo  
 nium ita scriptum est. Ecce ego inmitto in fundamentum  
 sion lapidem preciosum angularem electum precla  
 rum in fundamento eius & qui crediderit non eru  
 bescet. <sup>nam</sup> Apostolus autem lapidem offensionis & pe  
 tram scandali de alio loco ipsius esaiiae prophetae  
 huic testimonio inseruisse in quo ita scriptum est.  
 Et tamquam lapidi offensionis occurreret ei neq; ut la  
 pidi ruinae. Et ex utroq; loco excerpentem quae  
 adseruionibus suis com moda uidebatur aptas se.

nam tamen dñs ihs quem plurimis sed bonis & saluta-  
ribus inuenimus nominibus conpellari; mirum fortasse  
uideatur cur in hoc loco quem de esaiā propheta sump-  
sit apostolus lapis offensionis & petra scandali nomine  
cum utiq; bono dño & bono patris filio quaecumq; bo-  
na & salutaria uidentur aptanda sint ut pax & iustitia  
& ueritas & ostium quo introitur ad patrem & pastor  
& leo de tribu iuda uel catulus leonis qui excitatur a som-  
no uel scificatio uel redemptio & cetera huiusmodi que  
dignatione eius conuenire uideantur. Sed uide si pos-  
sumus & iam lapidem offensionis & petram scandali  
ostendere quatenus ei conpellentis possit aptari offensio  
& scandalum unum prope atq; idem significat scandalū.  
Etenim dicitur cum in uia obix aliqui inuenitur qui gressum  
incedentis impedit. Inde ergo scandalum tractum est  
quia igitur hi qui erant in sion uias non bonas incedentes  
inter perditionis concito pede currebant malis suis fauen-  
tes inuicem sicut propheta dicit. Quia laudator pecca-  
tor in desideris animae suae & qui iniqua gerit benedicitur.  
Veniens dñs et saluator noster arguere coepit uias eorum  
& dicere. Vae uobis scribae & pharisei. & iterum uae  
uobis diuitibus & iterum uae tibi hierusalem quae  
occidis prophetas & lapidas missos ad te. Sed & multa  
his similia dicens & arguens eos. Inpedire coepit uias  
perditionis eorum & effectus est ei lapis offensionis &  
petra scandali non sinens eos ingredi uiam latam quae  
ducit ad mortem. Sic deniq; & in ossee propheta

scriptum est de his qui peccati iter incedunt. Propter  
hoc inquit ecce ego sepiam uias eius subditus & obstru  
am uias eius & semitam suam non inueniet. Ponamus  
ergo iterum; rursum uidetur in medio ipsum paulum quia ac  
ceptis quondam epistolis a sacerdotibus damascum pergebat ut  
omnes uiros ac mulieres christo credentes uinctos perduceret & hinc.

Cum ergo ageret istud iter peccati occurrit ei dominus ihesus in uia &  
ad tempus eum cecitate percussit & factus est illi quantum ad  
illud propositum expectat quo pergebat lapis offensionis &  
petra scandali ut illud iter peccati quod tenebat explere  
non posset sed conuersus credere & ei qui uiam suam ex cluse  
rat & quibusdam sudibus comminationis obstruxerat &  
credens in eum non erubescit.

**EXPLICIT LIBER VII. HABET U. NO. XXX.**  
**INCIPIT LIBER VIII.**

**F**ratres uoluntas quidem cordis mei et obsecratio apud  
dominum pro illis in salutem testimonium enim perhibeo illis  
quod a emulationem dei habebant sed non secundum scien  
tiam ignorantes enim dei iustitiam & suam iustitiam  
querentes constituere iustitiae dei non subiecti.

Ex initi procedente textu epistulae diximus paulum uide  
nunc pro gentibus nunc etiam pro israhel facere sermo  
nem quia ergo in his quaenuper exposita sunt multis  
testimoniis aduersum israhel usus est prophetarum ita  
ut profertur de esaias nisi dominus sabahot reliquisset nobis  
semen. Sicut sodoma facti essemus & sicut gomor  
ra similes fuissetemur. & iterum Si fuerit numerus.

uorum israhel tamquam arena maris reliquiae saluae  
sient & his addit quia israhel sectando legem iustitiae  
in legem non peruenit. Propter <sup>ea</sup> nunc solari  
rursus populum illum uolens & <sup>scilicet</sup> per hoc inui  
tare ad fidem dicit. Fratres uoluntas quidem cordis  
& obsecratio apud dm pro illis in salutem. Et cau  
sam cur uoluntas sua & obsecratio pro illis apud  
dm habeatur ostendit testimonium enim inquit  
perhibeo illis quod a emulationem di habeant  
sed non secundum scientiam. Quamuis inquit  
tot & tantis in uolutis sint peccatorum suorum ma  
lis tamen inest illis zelus & emulatio di haec me com  
mouet & causa obsecrare dm pro ipsis ut uel in fine ali  
quando perueniant ad salutem; habent enim zelum di  
sed non secundum scientiam & probat quomodo non  
secundum scientiam zelum di habeant quia igno  
rantes quidem di iustitiam suae iustitiae obtemperant  
non multum ergo prodest habere zelum di & non habere  
scientiam zeli. Denique iudei putantes se di zelo  
agere sacrilegi extiterunt in filium di quia non secun  
dum scientiam zelati sunt filius eleazari sinees  
qui secundum scientiam zelatus interemit madianum  
pariter & israhelitam fornicantem cum ea & sicut  
helias quid dicit. Zelans zelatus sum dno omnipotenti do  
israhel quia dereliquerunt te filii israhel prophetas  
tuos occiderunt & altaria tua subuerterunt  
Et sicut mathathias de quo in primo libro machabeorum

xxxif.

f.

scriptum est Quia zelatus est in lege dei & in tremore  
 erunt renes eius & ascendit furor eius secundum iudicium  
 Horum omnium zelus & aemulatio secundum scientiam  
 fuit. Iudaeorum uero zelus non erat secundum scien-  
 tiam. Idcirco qui ignorantes dei iustitiam propriam  
 conabantur id est quae omnibus iustitia uidebatur  
 implere cum utique ipsi magis dei iustitiae qui est  
 xpi conuenerit oboedire. Sed nunc uide ne forte  
 non illis solis dici sermo iste uideatur quia zelum dei  
 habebant sed non secundum scientiam. Similiter  
 enim potest dicere apostolus & de alio quia testimonium  
 perhibeo quod timorem dei habeant sed non secundum  
 scientiam. Et de alio quia caritatem dei habeant sed  
 non secundum scientiam. Si enim habeat quis effectum  
 erga deum ignoret autem quia caritas paciens debet  
 esse benigna non inuidens non perperam agens  
 non inflata non ambitiosa non quaerens quae sua  
 sunt. Haec et his similia in caritate non habeat  
 sed solo affectu diligat deum conpescens & ad ipsum  
 dicetur quia caritatem dei habet sed non secundum sci-  
 entiam. Similiter autem dici potest & de alio quia fide  
 dei habet sed non secundum scientiam si ignoret quia fi-  
 des dei sine operibus mortua est & quia fides dei non in  
 solis uerbis est quae interdum ab alio composita uel  
 scripta dicuntur sed in affectu mentis talem quodam  
 qualem habuit illa quae dixit in trase. Si excigero  
 fimbriam uestimenti eius salua ero. Si qui ergo

ita habeat fidem ut exactibus suis bonis cui credit osten-  
dit potest & ad ipsum dici quia fidem dei habet sed non secun-  
dum scientiam. Potest & de alio dici quia castitatem qui-  
dem habet sed non secundum scientiam & alius curam paupe-  
rum gerit sed non secundum scientiam. quippe si ab omni-  
bus laudari uult & alius abstiniens potest dici & non secun-  
dum scientiam. Si propter ea ieiunat ut hominibus pareat  
& sic per singula quaeque quaerimus nisi secundum scientiam  
& intellectum geramus potest ad nos dici quia habemus  
Zelum operis boni sed non secundum scientiam. Et ideo  
danda precipuae est opera scientiae ne res nobis infeliter ac-  
cidat ut infide positi frustemur a fide & zelum habentes  
bonorum decidamus ab omni. Uis autem scire quia potest  
quis si scientiam non habeat euasere infide. Audi ipsum  
paulum quibusdam dicentem. Nisi si sine causa credidistis  
accidit ergo sine causa credidisse his qui scientiae operam  
non dant ut in eo quod crediderunt etiam intellectum ue-  
ritatis accipiant. Denique & apostoli hanc esse differentiam  
fidei simpliciter traditae & fidei secundum scientiam per-  
uidentes dicebant ad saluatorem. auge nobis fidem <sup>hanc</sup> ut ha-  
bentes eam fidem quae non est secundum scientiam. habe-  
amus et eam quae est secundum scientiam. Interim iudeis  
testimonium perhibet paulus quod a emulationem dei habeant  
licet non secundum scientiam. tamen quia ut cumque habent  
emulationem dei causam dederunt apostoli qua obsecratio-  
nem pro eis offerat deo. Melius est enim habere Zelum dei li-  
cet non secundum scientiam quam paenitentiam non habere.

Qui enim habet sicut scriptum est dabitur ei uel in nouis firmis  
 omni israhel saluus fiet. Qui etiam non habet etiam quod  
 habet auferetur ab eo. Finis enim legis xps ad iustitiam  
 omni credenti. Moyses enim scribit quia iustitiam que ex lege  
 est qui fecerit homo uiuit in ea. Quae autem ex fide est iusti-  
 tia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in caelum.  
 hoc est xpm deducere. aut quis descendit in abyssum. hoc  
 est xpm a mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura.  
 prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo. hoc est uer-  
 bum fidei quod predicamus. quia si confitearis in ore  
 tuo dnm ihm & credideris in corde tuo quod ds illum  
 suscitauit a mortuis saluus eris. Corde enim creditur ad  
 iustitiam ore autem confessio fit in salutem. Dicit  
 enim scriptura omnis qui credit in ipso non erubescet.  
**F**inis enim xps. hoc est perfectio legis & iustitia xps est  
 sed credentibus. non credentes uero. quia non habent xpm.  
 perfectionem non habent legis. & idcirco nec ad iustitiam  
 poterunt peruenire. Moyses enim scribit. quia iustitia  
 quae ex lege est quae fecerit homo. uiuit in ea. Quae aut  
 ex fide est iustitia sic dicit. iam et in superioribus apostolus  
 duarum iustitiarum fecerat mentionem ubi dicit. quia  
 ignorans di iustitiam. suam iustitiam statuere quaere-  
 bat israhel. & hic nunc duas iterum iustitias dicit.  
 unam quae ex lege. aliam quae ex fide est. Sed mihi  
 uidetur illa quam superius dixit ignorari ab israhel  
 di iustitia. ipsa sit iustitia haec quae ex fide est.  
 Illa uero de qua dixit. suam iustitiam quaerentes statu

XXII.

ipsa sit de qua & hic moysi uerbis insinuat quia iustitia  
suae & lege est quae fecerit homo uiuit in ea. Sed uide  
iustitiarum differentiam pariter & uitarum. Illam enim  
iustitiadi. id est xpi qui factus est nobis iustitia adu &  
pax. uide quomodo dicit. haec est autem uita aeterna  
ut cognoscant te solum. uerum dm & quem misisti ihm  
xpm; Haec ergo iustitia non tantum uitam praebet  
sed aeternam uitam; Illam uero legis iustitiam qui fece-  
rit homo non dixit in aeternum uiuit. sed tantum  
modo uiuit in ea. quod finis legis ut apostolus dicit xpi  
est. nec ipsam quae ex lege iustitiam sine xpo adimple-  
re poterit. qui finem legis non suscipit xpm. haec ergo  
s quae ex fide est iustitia quae est xpi tamquam uiuens  
& subsistens; Haec inquit dicit. Ne dixeris in corde  
tuo quis ascendit in caelum. Hoc est xpm deducere.  
aut quis descendit in abyssum. hoc est xpm a mortuis re-  
ducere. Hec mireris quod cum ipse xpi sit iustitia  
quasi de alio ita de se haec dicere uideatur. In multis enim  
locis inuenies saluatorem. quasi de alio ita de se loqui  
s ut in euangelio dicit. Et statuit oues ad dextris. ad os aut  
s ad sinistris. & dicit his qui ad dextris sunt. & iterum  
s his qui ad sinistris sunt ea quae scripta sunt. Quod  
ergo ait ne dixeris in corde tuo quis ascendit in caelum.  
aut quis descendit in abyssum. exceptis his quae media  
inter serit hoc est xpm deducere uel xpm a mortuis redu-  
cere. Sed prope te est uerbum in ore tuo & in corde tuo  
de Deo nomio uidetur adsumptum ubi hoc modo scriptum e.



Mandatum hoc quod ego mando tibi hodie non est  
 exaltatum a te neque longe a te non est in caelum ut dicas  
 quis ascendit nobis in caelum & accipiet nobis illud & au-  
 dientes faciamus illud neque transmare et ut dicamus qui  
 transibit nobis transmare & accipiet illud & audientes  
 faciamus illud iuxta est uerbum ualde in ore tuo et in  
 corde tuo et in manibus tuis ut facias illud. Cum  
 ergo haec ex deuterio nomio adsumptasint & apostolus scri-  
 bat quia iustitia quae ex fide est ipsa haec dicit quae est  
 xpi sine dubio quae in deuterio nomio dicuntur. apostolus  
 xpo dicta esse pronuntiat. ipse est ergo qui dixit manda-  
 tum hoc quod ego do uobis hodie non est super exaltatum  
 a te neque longe a te & cetera quae sequentur

Quid ergo est quod per hoc apostolus docet nescilicet dica-  
 mus in corde nostro & putemus quod xpi in loco aliquo  
 continetur & non ubique est ac per omnia diffunditur.  
 Quippe qui cum esset in terris dicebat quia esset in caelo.  
 sic enim loquebatur ad apostolos suos. Nemo ascendit  
 in caelum nisi qui de caelo descendit filius hominis qui  
 est in caelo. Non dixit qui fuit sed qui est in caelo. & rur-  
 sum ne putemus eum in caelo esse tantum uacare aut  
 presentia eius abrisum. ideo iustitia quae ex fide est  
 dixit. Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in caelum  
 & quasi simile sit hoc dicenti xpo de caelo deducere. ita  
 addit apostolus hoc est xpm deducere & rursum  
 si qui mente & cogitatione descendat in abyssum  
 putans ibi tantum contineri. xpm reuocare a nos

ita subiungit. hoc est xpm reducere amor tuus  
ita inquit debes sentire: ~~in~~ xpo tamquam de uer-  
bo. & sapientia. & ueritate. & iustitia di. haec autem  
omnia non in loco queruntur sed ubi adsunt. neq. in  
infernis locis euocantur. sed mente sola intellectusq.  
capiuntur. tamquam uerbum ergo & sapientia prope  
est in ore tuo & in corde tuo. & hoc est inquit uerbu  
fidei quod praedicamus. quia si confitearis in ore & uo-  
dum ihm. & credideris in corde tuo quod ds illum susci-  
tauit amor tuus saluus eris. Corde enim creditur ad ius-  
tiam. ore autem confessio fit in salutem. Debemus  
& iam hoc scire quod aliud est possibilitatem esse in ali-  
quo. aliud efficaciam uel efficientem. quod greci  
dynamis & energia uocant. uerbicausa paruulus natus  
nuper possibilitate rationalis homo est. Potest enim  
esse rationalis si adoleuerit. & possibilitate & iam faber &  
gubernator & grammaticus dicitur. possibile enim e-  
st ut horum aliquid sit. Efficacia uero uel efficientia hoc e-  
re ipsa atq. effectu. nihil horum est dum est paruulus.  
sed si coeperit uel rationis iam ea parte esse uel aliquid fa-  
brilis artis aut cuiuslibet alterius efficere. Tunc iam  
efficacia rationalis dicitur. uel faber uel si quid illud e-  
quod effectu operis agit. Hoc ergo modo & iam xps  
qui est uerbum di. possibilitate quidem iuxta nos. hoc est  
iuxta omnem hominem esse credendus est tamquam  
ratio paruulis. Efficacia uero tunc in me esse dicitur  
cum in ore meo confessus fuero dnm ihm. & in corde meo

credidero quod dñs illum suscitauit amor tuus .

Vis autem scire quia adest ubiq; & medius . & iam eos qui ignorant eum & non confitentur . Audi quomodo iohannes baptista de eo haec ipsa testatur . Medius inquit uestrum stat quem uos nescitis qui post me uenit . Est ergo medius & iam inter eos qui eum nesciunt . sed possibilitate eis medius est non efficacia .

Possunt enim eum capere sed nondum capiunt . Efficacia uero uel efficientia inter illos medius est quibus dicebat . Ubi cumq; duo uel tres congregati fuerint in nomine meo & ego sum in medio eorum . Isti enim confitentur in ore suo dñm ihm & credunt in corde suo quod dñs illum suscitauit amor tuus . alioquin uideatur absurdum si & inter eos qui nomine eius congregantur medius esse dicitur & inter eos qui eum nesciunt nisi huius modi differentia teneatur quod inter ignorantes & nondum credentes possibilitate medius dicitur .

Inter credentes uero efficacia id est rei ipsius & operis affectu uerum & illud obserua quod ait . Quia si confitearis in ore tuo dñm ihm & credideris in corde tuo quod dñs illum suscitauit amor tuus saluus eris . Videbitur enim quibusdam per hoc qui & iam desunt alicui boni operis priuilegio & iam si uirtutibus operam non dederit . hoc ipso tamen quo credidit non pereat sed saluetur & habeat salutem . & iam si beatitudinis gloriam habere non poterit . sed uide nemagis illud intellegi debeat quod uiuere in falso confitentur dñm ihm & corde

pariter confiteatur sed omnia tui subiectum quae xpi  
nec sibi ultra esse dnm mam monan idest neq; auaritia  
sibi ultra neq; iniustitiam neq; impudicitiam neq; menda  
tium dominari. Semel enim ihm xpm dnm confessus  
nulli homini seruire profiteatur sed & credens in corde suo  
quod ds illum suscitauit a mortuis. Certum est quia susci  
tauit eum ad iustificationem sui credit alioquin quid prode  
rit scire me & credere quod ihm suscitauit a mortuis. si in  
me ipso eum non habeam suscitatum ego. si non in nouitate  
uitae ambulo & uetustam peccandi consuetudinem fugio.  
Nondum mhi xps resurrexit a mortuis. Adhuc autem sensum  
& iam ea conueniunt quae sequuntur quod ait dicit enim  
scriptura. Quia omnis qui credit in eum non erubescet.  
Hoc autem apud esaiam scriptum est. quod si omnis qui cre  
dit in eum non erubescet. Et erubescet autem omnis qui pec  
cat sicut adam peccauit & erubuit & abscondit se qui  
adhuc roborem peccati incurrit credere non uidetur.  
Non enim distinctio iudei & graeci. idest enim ipse dñs omnium  
diues in omnes qui inuocant illum. omnis enim qui cumq;  
inuocauerit nomen dñi saluus erit. Quomodo non sit  
distinctio in fide iudei & graeci supra iam frequenter of  
tendimus. Quod autem idem sit dñs omnium. secundum  
haec accipies. quae nuper edidimus. hoc est si iustitia nobis  
& ueritas & sapientia & scificatio quod totum est xps  
dñs dominetur. Haec enim sunt eius diuitiae. ut pote  
in quo thesauri sapientiae & scientiae sunt absconditi.  
quas diuitias non dixit. largire eum omnibus hominibus

M. xp.

sed omnibus quicumq; inuocauerit nomen dñi eius. S  
in hoc similis uidetur quaestio ut in prioribus oboriri. neq;  
enim omnes qui quomodo inuocauerint nomen dñi salui  
esse possunt. Etiam si non egerint opera inuocati nomi  
nis digna. maximae cum et sapientia di ipso uerbis dicat

Et enim cum inuocetis me ego autem non exaudiam uos.

In hoc uidetur mihi sapientia cohortari & perurgere eos  
qui saluari uolunt ut citius sapientiam inuocent. nemoren  
tur neq; differant ne forte cum statuto tempus excesserit  
hoc quo p<sup>m</sup>endi facultas est tarde post hoc inuocent ubi pae  
nitentiae locus non est & tunc dicit quia inuocabitis me  
& ego non exaudiam uos sermo tamen hic quem ponit a  
postolus id est quicumq; inuocauerit nomen dñi saluus  
erit. Aput iohel propheta hoc modo scriptum est

Et dabo prodigia in caelo sursum & in terra deorsum san  
guinem & ignem & uoperem fumi sol conuertetur in  
tenebras & luna in sanguinem priusquam ueniat  
dies dñi magnus & nobilis & omnis quicumq; inuocau  
erit nomen dñi saluus erit. Uideatur tamen mihi  
grande aliquid in scripturis diuinis sub hoc inuocatio  
nis nomine designari non enim de qualibuscumq;  
uerbis. sed in gentibus & praecipuis scripturis. quae  
nos primus sperauit inuocere nomen dñi & in psal  
mis moyses & aaron in sacerdotibus eius & samu  
hel in his qui inuocant nomen eius inuocabant  
dñm & ipse exaudiebat eos in columna nubis lo  
quebatur ad eos. Quomodo ergo inuocabunt

quo

M

XXXIII

quem non crediderunt. aut quomodo credent ei quem  
non audierunt. quomodo autem audient sine praedi  
cante. quomodo autem praedicabunt nisi mittantur  
sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium  
bona. Manifeste in his per hoc quod dicit. quomodo ergo  
inuocabunt in quem non crediderunt. Illud quod superius  
posuit de propheta dictum. quia omnis quicumque inuocave  
rit nomen domini saluus erit. Ad christum dominum docuit referendum.  
Postquam enim dixit. omnis enim quicumque inuocauerit no  
men domini saluus erit. Subiungit. quomodo ergo inuocabunt  
in quem non crediderunt. Christo enim iudaei non crediderunt.  
& ideo nec inuocant eum cui non crediderunt. sed in princi  
pio ad epistolam quam ad corinthios scribit ubi dicit. Cum  
omnibus qui inuocant nomen domini nostri ihesu christi in omni lo  
co ipsorum & nostro. Eum cuius nomen inuocatur dominum  
ihesum christum & se pronuntiat. Si ergo & nos & moyses & aaron  
& samuel inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos. sine du  
bio christum dominum inuocabant & si inuocare nomen domini &  
orare dominum unum atque idem est sicut inuocatur christus  
et orandus est christus & sicut offerimus deo patri primo  
omnium orationes ita & domino ihesu christo & sicut offeri  
mus postulationes patri. ita offerimus postulatio  
nes & filio & sicut offerimus gratiarum actiones do  
no ita et gratias referimus saluatori. Unum namque  
utriusque honorem deferendum id est patri & filio diuinus  
edocet sermo cum dicit. Ut omnes honorificent  
filium sicut honorificant patrem. Quomodo autem

de epistula ad corinthios proposuimus ubi apostolus pri-  
 dem dicit. Ecclesia dei quae est corintho sanctificatis in xpo  
 uocatis sanctis. Et post haec quasi alterius gradus & alterius ordi-  
 nis sint. Ita subiungit quadam de quibus dicit. Cum uniuersis  
 qui inuocant nomen domini ihu xpi in omni loco ipsorum & nostro.

Videbitur fortassis habere aliquid differentiae quod illos  
 quidem ecclesiam dei nominat et sanctificatos et uocatos sanctos.  
 Istos autem tantum quia inuocant nomen domini nostri ihu  
 xpi. & uide ne forte ista diuersitas tale aliquid ostendat  
 quale & praesens uidetur habere capitulum. Non quo docet  
 non posse inuocari nomen domini nisi prius credatur in xpm.

Cum autem crediderit quis xpo etiam si nondum sanctificatus  
 sit ecclesiae corpori sociatur. Tamen necesse est ut iam in-  
 uocet cui credidit. Xps enim uenit mundum reconciliare deo  
 & credentes sibi offerre patri. Quos autem offert patri  
 sanctus spiritus suscipet ut sanctificet eos & tamquam caelestis eccle-  
 siae primitiuorum membra uiuificet atque in soliditatem  
 totius corporis perfectionemque restituat. Et ita demum  
 ecclesiae dei non habens maculam aut rugam appellari  
 mereatur. Prius enim quam ad gradum istius perfectio-  
 nis ascendant. tamquam mediatores dei & hominum inuo-  
 cant nomen domini ihu xpi. Postea uero quam spiritus dei fuerit  
 in corde eorum clamans abba pater. ipse spiritus eos etiam  
 nomen patris edocet inuocare. Ideo ergo. quomodo inquit  
 inuocabunt in quem non crediderunt. & in hoc artis  
 sima eos conclusionem constringit. salus inquit non est.  
 nisi inuocanti. Nemo uero inuocat qui non credit.

M

quia non creditis non inuocatis & quia non inuocatis non  
uamini. Sed quomodo inquit credentes quem non audi-  
runt. Quod non audierint possumus sic intellegere  
quia uel ipsum in carne positum uel apostolos eius praedicam-  
tes de eo audire noluerint sic enim & ipse dñs dicit.

Qui uos audit me audit et qui uos spernit me spernit.

Potest autem et hoc intellegi quod etiam et nunc et semper  
xps tamquam uerbum & ratio unicuique loquatur in corde  
& pietate doceat de iustitia sua doceat de castitate de puditi-  
tia & de omnibus simul uirtutibus protestetur sicut  
& ipse dicit. Oues meae uocem meam audiunt sic denique

& in corde pauli loquebatur ita ut ille diceret.

**A**ut experimentum eius queritis qui in me loquitur xpi se-  
quitur. Quomodo autem audient sine praedicante.

**I**n hoc magis per praedicatum sermones xpm ostendit au-  
diri in quibus secundum ea quae supra diximus xps lo-  
qui & docere monstratur. Quomodo autem praedica-  
bunt nisi mittantur. Difficultas mihi quaedam in hoc  
sermone uidetur exsurgere si enim ita intellegamus  
quod propter ea non praedicent quia non mittantur.

**N**ullo autem praedicante non audient non audientes  
uero non credent non credentes autem non inuoca-  
bunt non inuocantes non saluabuntur. Colligitur  
ex his ut causa qua non sunt saluati ad initium redeat  
auctoris qui non miserit praedicantes sed magis ad illu-  
nos qui rector est intellegentiae tramitem deflec-  
tamus. & quod dixit quomodo autem praedica-



bunt nisi mitentur. Si accipiamus quae dicitur  
 totus nos praedicones & praedicatores xpi non possemus  
 praedicare nec adnuntiandi nobis uirtus ulla subsiste  
 re & nisi adesset nobis ipse qui misit. quod si praedi  
 cantibus nobis audire non uultis uestra iam culpa est  
 & si audientes non creditis & non credentes non in  
 uocatis & non inuocantes salui esse nequitis.  
 Quia ergo missi sunt ad praedicationem. Ideo de his  
 qui ab ipso tris sunt scriptum est. Quam speciosi  
 pedes euangelizantium bona. Quod speciosos pedes <sup>hic</sup> non  
 corporales sed spirituales dicat. Puto quamuis ami  
 cus sit quis litterae negare non possit. neque enim  
 inridiculi deducet apostolicum sensum ut euangelis  
 tarum pedes qui corporeis oculis uideri possunt. putet  
 eos decoros dici & speciosos sed illi sunt decori & speciosi  
 pedes qui ambulant per uiam uitae. secundum illum  
 enim dixit. ego sum uia. Intellege decoros & speciosos  
 euangelizantium pedes qui per talem uiam merentur  
 incedere. Isti sunt pedes quibus & paulus cursum  
 cucurrisset sed dicit & sic currere ut comprehendat  
 id est uigor animae quo tenditur & properatur ad cae  
 lum. Gratificae autem pedes istos esse firmabis quas  
 ih̄s discipulis lauat & linteo quo praecinctus est terget.  
 & quamuis corporali tunc specie fuerit impletum.  
 Tamen hoc solum p̄cro quod fieri debet intelligenti  
 & quasi honoris gratia ne sibi seruo pedes lauat & dñs  
 excusanti audi quam profundi mysterii proditur

no. sic inquit non lauero non habebis partem meam  
iterum aliam similem huic uocem tam de secretis scien-  
tia profert thesauris & dicit. Quod ego feci uos nes-  
citis modo scitis autem postmodum & addit quia  
sicut ego dñs & magister laui pedes uestros & uos inui-  
cem lauate pedes alter utrum. Exemplum enim dedi  
uobis. Videamus ergo quod sit istud exemplum quomagi-  
stri discipulorum lauare debeant pedes aut de qua aqua lauare  
siquis inuenit aquam uiuam & siquis accipiat bibere ab  
ihū & aqua illa fiat in eo fons aquae salientis in uitam ae-  
ternam. Iste de hac aqua doctrinae spiritalis potest laua-  
re pedes discipulorum & omnes ex anima ipsorum immun-  
ditas sordisq. diluere & hoc faciens datum a magistro  
implebit exemplum. Speciosi ergo sunt pedes euangeli-  
zantium bona. De ipsis puto pedibus etiam in canticis  
canticorum sponsa dicit ad uerbum dñi. Laui pedes meos  
quomodo inquinabo eos; & de ipsis nihilominus dicitur  
Tibiae tuae sicut columinae marmoreae cum basibus ar-  
gentis. Et fortassis quia haec pulcritudo est in pedibus  
euangelistarum propter ea non uult eos dñs ih̄s calciamen-  
tis operiri & occultare speciem & pulchram sed precipere  
eis neq. calciamentum habere in uia quae autem bona  
sunt quae euangelizant hoc est quae adnuntiant  
uideamus quamuis hoc ipsum quod dicit euangeliza-  
re interpretatur bona adnuntiare. Quae sint autē  
bona quae bonis addidit. Requiramus unum & uerū  
bonum est dñs cuius imago bonitatis est filius & sp̄s eius

quid dicitur. Istud ergo unum bonum quia in dō patre & fili  
 & spū scō est bona nominavit hoc est enim quod adnuntiavit eu-  
 gelistae secundum praeceptum dñi & saluatori nostri dicenti.  
 Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii  
 & spū scī. Haec sunt ergo euangelizantium bona sed quoniam  
 ipse nuntius bonus dicitur & nuntiare de bonis illa sit ratio  
 quod non solum bona nuntiant sed & bene nuntiant.  
 bona sunt enim nonnulli qui adnuntiant quidem &  
 predicant de patre & filio & spū scō sed non sincere  
 non integre ut sunt omnes heretici qui patrem et  
 filium et spū scī adnuntiant sed non bene neq;  
 fideliter adnuntiant aut enim male separant fili-  
 um a patre ut alterius naturae patrem alterius  
 filium dicant aut male confundunt ut uel ex tri-  
 bus conpositum dñm uel trinae tantum modo appel-  
 lationis in eo esse uocabulum putent. Qui autem bene  
 adnuntiant bona proprietates quidem patri & fi-  
 lio & spū scō suas cuiq; dabitur nihil autem diuersi-  
 tatis esse confitebitur in substantia uel in natura.  
 Qui ergo ita adnuntiant euangelium non solum bona ad-  
 nuntiant sed bene & integre adnuntiant bona exemplū  
 uero hoc de se sua uidetur adsumptum sed ibi propheta ad  
 ipsum dñm euangelizandi officium reculit. ita enim ait.  
 Quoniam ego sum ipse qui loquebar adsum tamquam  
 hora in montibus ut pedes euangelizantes auditum pa-  
 cis ut euangelizantes bona. Uerum uidetur mihi pau-  
 lus quia propheta dixerat ut pedes euangelizantes au-

am pacis & euangelizans bona & hoc quasi ex alterius  
comparatione memorasse uelut si diceret ita ad eum ut homo  
qui euangelizat pacem & euangelizat bona hoc autem  
faciunt apostoli idcirco semel ipse dictum id est de aposto-  
lis accepisse ad quorum comparisonem ad futurum euan-  
gelizantium bona per prophetam sedixerat xps. Sed non  
omnes oboediunt euangelio. Esaias enim dicit. Dne quis  
credidit auditui nostro ergo fides ex auditu auditus enim  
per uerbum xpi. Sed dico numquid non audierunt. In  
omnem terram exiit sonus eorum & in fines orbis terrae  
uerba eorum. Sed dico numquid israhel non cognouit.  
primus moyses dicit. Ego ad aemulationem uos ducam in  
non gentem in gentem in sensatam in iram uos inducam  
Esaias autem audet & dicit. Inuentus sum a non quaer-  
entibus me palam aparui inter eos qui me non interroga-  
bant ad israhel autem quid dicit. Totadie expandi ma-  
nus meas ad populum non credentem & contradicentem.

**N**eq; omnes ex gentibus crediderunt euangelio. Neque  
omnes ex israhel. Plures tamen multo plures ex genti-  
bus quam ex israhel quod ponit apostolus quid esaias  
dixerit. Dne quis credidit auditui nostro. quis pro-  
raro dictum est & obseruare debemus quod sermo  
hic inscriptus interdum proraro interdum  
pro nullo omnino ponitur uerbi gratia ut cum  
dicit. Quis sapiens & intellegit haec. Et quis  
ascendit in montem dni & quis est homo qui  
uult uitam. In his omnibus rarum quemque

significat ubi uero dicit quis ascendit in caelum  
 Hoc est xpm deducere uel quis descendit in abyssum  
 hoc est xpm a mortuis reducere. Hic quis nullus  
 intellegitur. Nullus enim est qui ascendit in caelum  
 xpm deducere. Nunc ergo dñe quis credidit audi  
 tui nostro quod dicit esaias rarum quemq; significat  
 Scire tamen nos conuenit quod dñe quis credidit  
 auditui nostro. In hebraeis autem exemplaribus  
 dñe non habeat sed in inter praetatione septuaginta  
 seniorum sit. & apostolus hoc probans quod apud  
 illos est posuit dñe. Uideatur tamen esaias haec ex  
 persona apostolorum prophetae quibus creditum  
 fuerit praedicationis officium & ipsi cum raritatem  
 credentium praecipue de populo israhel uiderent  
 dicunt ad dñm. Dñe quis credidit auditui nostro.  
**S**icut & illud ex persona ipsorum dicitur. Quia ad  
 nuntiaui mus sicut puer ante ipsum. sicut radix  
 in terra sitiente. Et ipsi sunt nihilominus qui di  
 cunt uelut cum ipso positi & uidentes eum in habitu  
 humano quia uidi mus eum & non habebat spe  
 ciem neq; decorem & reliqua. sed & si ad per  
 sonam ipsorum prophetarum referantur haec  
 uerba quia si qui apud dñm conquerantur  
 quod his quae de xpo prophetauerint. nemo  
 autem modum pauci ex populo illo credederunt  
 non uidebitur alienum aut non est putandum  
 quia moyses dicat ad dñm. Dñe nemo

dit auditui meo. si enim credidissent litteris meis  
credidissent utiq; xpo. de ipso enim ego scripsi. Ergo fides  
ex auditu. auditus autem per uerbum xpi. Hic uerbum xpi  
predicationem de xpo significat. neq; enim illi soli crediderunt  
qui uerbum ab ipso xpo dno loquente audierunt. Sed  
multo plures sunt qui alii seum praedicantibus audierunt.  
sicut & ipse dñs predixerat loquens ad thoman. quia uidisti  
inquit credidisti. beati non uidentes & credentes. Omne ergo  
uerbum quod apostoli & si qui alii ab ipso accepta gratia de  
xpo predicarunt uerbum xpi esse pronuntiat. Sed & in  
ecclesia si quis sapientiam quae ex dō est & ueritatem di  
loquatur. Siquis uiam di quae xps est doceat & iustiti  
am eius exponat. sine dubio quod loquitur uerbum xpi.

**S**ed dico numquid non audierunt. In omnem terram ex  
iit sonus eorum & in finem orbis terrae uerba eorum.

**H**aec de psalmo octauo decimo adsumuntur ubi ait

**N**on sunt loquelaes neq; sermones quibus non audiantur  
uoces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum & in  
finem orbis terrae uerba eorum. In quo pro linguarum  
& sermonum uarietate gentes sine dubio intelleguntur.  
& dicitur quia apostolorum xpi in omnem terram exi  
erit sonus. In fines uero orbis terrae non sonus sed uerba  
praeuenerunt quod ita intellegi potest. quia terra impe  
ritos quosq; & indoctibiles homines iudicat. ad quos non  
uerba in quibus ratio fidei continetur & explanatio sa  
pientiae, sed sonus fidei communi & simplici praedi  
catione per uenerit. finem uero orbis terrarum.

eruditiores quosq; & prudentiores appellauerit . finis  
 perfectionem indicat rerum . ad hos ergo tales non solum  
 uoces . sed uerba & rationem peruenisse pronuntiat . qui in  
 audientes sermonem fidei & iam per scrutari possunt . et  
 perquirere scripturas diuinas . ut cognoscant eorum uerbo  
 rum quae eis per apostolos adnuntiata sunt ueritatem  
 & hanc esse in his differentiam sciens apostolus . id est in sono  
 et uerbis quodam loco ita dicit . & sermo meus & predicatio  
 mea non fuit in suauitate uerborum . sed in ostensione  
 spiritus & uirtutis . ut ostenderet uerbum quidem esse quo per  
 uirtutem spiritus sapientia dei lucidius explanatur . Praedi  
 cationem uero hanc esse de qua dicit propheta . Quia in  
 omnem terram exiit sonus eorum . In qua  
 scilicet simplex adnuntiatio fidei & simpliciori bus qui  
 busq; sufficiens . sed & alibi de se ipso dicit .  
 Quia sit praedicator & apostolus & magister gentium . in  
 quo apostolus quidem generale indicat nomen officii qui  
 non solum praedicet sed & doceat . praedicet quidem sim  
 plicem fidem ut illis quibus ait . Nihil enim aliud iudicaui  
 me scire inter uos nisi ihesum christum & hunc crucifixum .  
 Doceat uero eos qui dicebat . sapientiam loquimur inter per  
 fectos in quibus ostenditur . quod illis quidem sonus prae  
 dicationis pertulit . his uero sapientiam dei per uerba  
 differuit . Sed dico numquid israhel non cognouit  
 primus moyses dicit . ego ad aemulationem uos adducam  
 in non gentem in gentem in sensatam in iram uos in  
 ducam . Unde et ea quae superius dixit de gentibus

is nunc uero ut sibi moris est & iam de israhel subiun-  
git & uult quod inexcusabilis sit israhel testibus idoneis con-  
uincere. Ipse inquit moyses dicit ex persona di. ego ad aemula-  
tionem uos adducam in nongentem. De xpianis sine dubio  
dicens quia ad aemulationem prioris populi increduli &  
contemptoris adsumpti sunt. Sed uideatur fortassis  
gentem ad d. fidei merito & deuotionis electam moyses  
iniuriosius compellasse cum dicit in nongente & ita  
nihil inducere ut nec gentem meam appellare dignetur  
aut si appelle insipientem nominare. sed non est inu-  
riosus moyses utpote amicus di erga electos eius nec con-  
tumelia uidebitur in sermone si ratio sermonis appa-  
reat unaqueque gens uerbi causa aegypto-  
rum aut syrorum aut moabitarum pro eo quod  
propriis terminis & lingua & habitu & moribus atq;  
institutiis discernitur gens illa & illa appellatur. &  
neq; syrorum aegyptu aliquando dicuntur neq; mo-  
abitae idume appellantur aut arabes sectae. Xpiani  
uero non est una gens sed ex omnibus gentibus unus popu-  
lus. & ideo moyses pro summo honore nongentem eam no-  
minauit. quia non erat una gens. sed si ita dici potest om-  
nium gentium gens. Uerum excludi uidebimur in his  
quae subsequuntur ubi dicit in gente insensata in iram  
uos inducam quod & gente meam & insipientem no-  
minauerit. Uerum ne in hoc quidem moyses famulus  
di contumeliam facit populo di. sed prouidebat in spu.  
quoniam qui uult sapiens esse in hoc mundo insipiens



fieri debet ut sit sapiens apud dñm. & quia non cogit  
 mundus per sapientiam dñi placit dō per stultitiam p  
 dicationis saluos facere credentes. & quia per praedica  
 onem crucis xpi quae est stultitia gentibus congregabit  
 populus qui fiat in hoc mundo stultus ut sit sapiens apud  
 dñm. Irascuntur ergo iudaei quod ipsis excusantibus &  
 refutantibus conuiuium regis inuitatesunt gentes non re  
 spicientes ad ea quae dudum de hoc misterio esaias aude & edic.  
**I**nuentus sum a non quaerentibus me palam aparui inter  
 eos qui me non interrogabant. Ad israhel autem quid dicit  
 totadie expandi manus meas ad populum non credentem  
 & contradicentem. Sicut in superioribus saepe ostendi  
 mus apostolum paulum nunc de gentibus nunc de israhel  
 facere sermonem. nec tamen euidenter & palam in mu  
 tationem declarare personae ita & esaias in his sermoni  
 bus facit quos <sup>ad</sup> exemplum apostolus protulit & primas  
 quidem partes id est inuentus sum a non quaerentibus  
 me. palam apparui inter eos qui me non interrogabant.  
**S**ine dubio de gentibus dicit & ubi ille personam latenter  
 inmutat apostolus euidentem distinctionem suis sermo  
 nibus dedit in eo quod addit. Ad israhel autem quid  
 dicit & superiora quidem ad gentes sequentia uero  
 exponit ad israhel esse referenda in quibus ait  
 Totadie expandi manus meas ad populum non credentem  
 & contradicentem. Sed primo omnium quod ait  
 Esaias aude & edic. Videamus quid aude & aut quae  
 hic propheta doceatur audacia simitendamus uerbis

...hami dicentis . Quem enim prophetarum non perse-  
cutunt patres uestri qui adnuntiabant de aduentu iusti .  
...e isaiae intellegimus audaciam qui persecutionibus &  
morte proposita ausus est tamen de aduentu iusti prae-  
dicare & pro bono audere & iam mori in quo tamen  
simul & illud ostenditur quia non ut alii putant pro-  
phetae nesciebant quid dicerent & quasi alienato sen-  
su suo prophetabant . quod enim dicit apostolus de isaia  
quid audere & dicere hoc indicat quia mortem contemp-  
nens & persecutiones quae inferebantur . quamuis seiret  
sibi inminere periculum audet tamen & predicat uerbum  
di . sicut et ipse paulus dicebat . Scio quia uincula &  
carceres manent me in hierosolymis . sed ego non facio ca-  
riorem animam meam . Sic ergo & isaias sciebat  
quidem secundum se esse & interficiendum ab impiis .  
audere tamen & ex persona dicit xpi . Inuentus sum a  
non quaerentibus me . Certum est autem quod gen-  
tes erant quae xpm nec quae se nouerant nec deo  
interrogare didicerant inuenerunt tamen quem  
non quaesierant quia ipse eos quaesierat prior . Pastor  
enim bonus & ouem quae perierat requisierat & sapien-  
tia est quae dragmam perditam quaesierat & quae-  
rens inuenit iudaei autem usque adhuc quaerunt  
de xpo & interrogant scripturas de eo & non inueniunt .  
Quia crux eius iudaeis est scandalum . & ideo dicit ad  
eos . Totadie expandi manus meas ad populum non  
credentem & contradicentem . Hoc est cum penda

et in cruce. Illi non solum non inuenerunt eum  
super & dixerunt. Si filius dei discende nunc de cruce  
credimus tibi. sed audi quid etiam insipientiam salomonis  
dicatur. Quia non inuenietur ab his qui temptant eum  
apparet uero his qui non sunt increduli ad eum.

Sed ne hoc quidem a nobis auerit ignorari quod in exempla  
ribus haebreorum non habetur & contradicentem apostolus  
autem secutus septuaginta inter praesum ueritate  
in suis scriptis sicut illi inter praesum sunt ponit.

Dico igitur numquid repulsi sunt plebem suam quam praescit.  
An nescitis in alia quid dicit scriptura quomodo interpel  
lat dominus aduersum israhel. Dne prophetas tuos occiderunt  
altaria tua suffoderunt & ego relictus sum solus & quaere  
runt animam meam. Sed quid dicit illi responsum di  
uinum. Reliqui mihi septem milia uirorum qui non  
curuauerunt genua baal. sic igitur & in hoc tempore  
reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt.

Si autem gratiam iam non ex operibus alioquin gratia  
iam non fit gratia. Quoniam ex his quae supra dictae sunt  
uidetur forsitam populus iudaeorum repulsi esse  
ad deum. nec aliquid spei gerere. si quidem in aemulatio  
nem induxit eum deus in non gentem in iram ingentem  
in sensatam & manifestus factus sit his qui eum quaere  
bant & inuentus sit ab his qui deo non interrogabant.

Propter ea apostolus uolens ista curare & ostendere quia  
super sit salutis uia populo israhel si credant & quia non  
idcirco repulsi sint quia genus sit israhel sed quia creduli

XIII.

ait Non repulit d[omi]n[us] plebem suam quam praescit  
in hoc praesenti probare & exemplo subiungit. Nam  
Ego israhelita sum. ex semine abraham tribubeniamin.  
Et tamen fidei ihu doceo & adnuntio quia ipse est xps. quod  
si mihi non offuit quia sum israhelita & ex semina abraham  
quo minus xpo crederem & ex fide eius iustificarer.  
Certum est quia non repulit d[omi]n[us] plebem suam quam praescit  
quomodo autem quos praescit illos & uocauit & quos  
uocauit illos & iustificauit. Supra iam dictum est  
quos praescire d[omi]n[us] non tam praenoscere futura quod nec dubi  
tari potest sed probare. & scientia sua dignos ducere  
in scripturis ponatur. uerum heparum uidetur quod  
exemplo sui non esse repulsam plebem di docebat aposto  
lus ualidiora requirit exempla & dicit. An nescitis  
in helia quid dicit scriptura quomodo interpellat d[omi]n[us]  
aduersum israhel. Dne prophetas tuos occiderunt al  
taria tua subuerterunt & ego relictus sum solus &  
quaerunt animam meam. In quibus docet propheta  
aliquando zelodi repleus cum apud d[omi]n[us] quaerellam  
populi praeuaricatoris exponeret. qui non solum  
prophetas occidisset & altaria subuertisset  
uerum & heliam qui uidebatur solus super esse ex  
prophetis d[omi]n[us] conaretur extinguere & hoc helia  
apud d[omi]n[us] deplorante audi quid ad eum oracula diuina  
responderit. Reliqui mihi septem milia uirorum  
qui non cur uauerunt genua bahal. Bahal idoli  
nomen est ad cuius cultum populus ille relicta di lege

deciderat. Haec sunt quae apostolus ad exemplum  
 rufi presentis adducit & addit. Sic igitur & hoc te-  
 re reliquiae secundum electionem gratiae factae sunt  
 si autem gratia iam non ex operibus. alioquin gratia iam  
 non sit gratia. Ostendendum ergo pro uiribus nobis est  
 quomodo sicut factum est sub helia ubi omnem populum  
 propheta simul putauerat refutatum. inueniuntur  
 septem milia uiri qui per manserunt in testamento di-  
 sic factum sit & iam in aduentu xpi. & his temporibus qui  
 bus praedicat paulus. Et uide si possumus forte iohannem  
 baptistam qui saluatoris praecessit aduentum ponere  
 loco heliae. quando quidem & euangelium tale ei tes-  
 timonium perhibet quia in spu & uirtute uenerit heliae.  
 Et ipse dñs dixerit de eo & si uultis scire ipse est helias. Qui ha-  
 bet aures audiendi audiat. Hic ergo qui in spu & uir-  
 tute uenerat heliae. in tantum desperauerat de populo  
 illo ut non eos diceret generationem esse abraham. sed ge-  
 nerationem uiperarum. & his adderet. Nolite dicere  
 quia patrem habemus abraham. dico enim uobis quia potest  
 esse ds de lapidibus suscitare filios abraham. Hic ergo ista  
 de populo conquerenti respondeatur ad no & saluatore nro  
 ego scio quos elegi & iterum oues meae uocem meam audi-  
 unt & ego praecedo eas & secuntur me meae. & iteru  
 Habeo alias oues quae non sunt de ouili hoc oportet me & illas  
 adducere. Quid autem ipse numerus septem milia uiro-  
 rum in die & uideamus. septenus numerus ad requiem  
 pertinet. in septima enim die requieuit ds. Audi ergo

credentes sibi quomodo inuitat ad requiem & dicit  
ad me omnes qui laboratis & onerati estis & inueni  
tis requiem animabus uestris. Ad istum ergo sep  
tenarium numerum pertinet omnis qui ueniens ad xpm  
deposuit onera peccati & requiem salutis inuenit.  
Recte ergo apostolus dicit quia sic & in hoc tempore reli  
quiae secundum electionem gratiae factae sunt. Reliqui  
as dicens eos qui ex circumcisione crediderunt. Tam aposto  
lus cum quibus se quoque adnumerat. quam & ceteros qui  
cum ipsis secuti sunt fidem xpi. sed quod dicit secundum  
electionem gratiae factas esse reliquias non mihi super  
flua uidetur esse electionis adiectio. potuit enim dicere  
reliquiae per gratiam factae sunt. sed ostendit per haec  
esse gratiam & sine electione esse & cum electione. Na  
omnes quidem qui per fidem saluantur. per gratiam sine  
dubio saluantur. Qui autem per electionem gratiae sal  
uantur perfectionis animae mihi uidentur ostendi  
sicut enim israhel dicitur omnis qui descendit ex gene  
re israhel. ille enim uerus israhelita est qui mente pu  
ra & corde sincero uidet dm. ita & de hoc accipere possu  
mus quod omnes quidem qui ad fidem ueniunt xpi per  
gratiam ueniunt. Qui uero donum gratiae operibus uirtu  
tibus & puritate cordis exornat. iste non solum per gra  
tiam sed per electionem gratiae saluari dicitur a xpo.  
O eniq; & ipse apostolus paulus si quis eum in uerbis suis di  
ligenter obseruet uidet quomodo huiusmodi restrictio  
nibus utitur. alibi secundum carnem nominans israhel.

Alibi super eo carnis omnino non faciens mentionem  
 in presenti loco ubi cum dicitur quia non repulit deus plebem  
 suam & nobilitatem israheliticam animae uel lex expo-  
 re ait. Nam & ego israhelita sum. In secundo uero ad co-  
 rinthios ubi quibusdam de israhelico genere secundum  
 carnem gloriari uisus cogitur respondere uidet quae premi-  
 sit. Quae loquor inquit non secundum dominum loquor sed qua-  
 si insipientia in hac substantia gloriandi quoniam qui-  
 dem multi gloriantur secundum carnem & ego gloria-  
 bor. Epistolae uero dicit haebres sunt et ego israheli-  
 taes sunt et ego semen abraham sunt et ego. Sic ergo ubi de  
 israhel loquebatur illo interiore homine talis enim est  
 plebs illa quam prescit deus et non repulit. non dicit secun-  
 dum carnem israhel ad eos uero qui in carnis genere gloria-  
 bantur premisit quod de huiusmodi gloriatione premi-  
 sit. neque secundum dominum loqueretur neque insipientia  
 sed ut ipsi dicit in insipientia tales sunt ergo reliquiae  
 quae secundum electionem gratiae factae sunt & addit  
 Si autem gratia iam non ex operibus sciendum est opera  
 quae paulus repudiat & frequenter intuperat non esse  
 opera iustitiae quae mandantur in lege sed ea quae in  
 quibus huiusmodi secundum carnem legem custodiunt  
 gloriantur. id est uel circumcisio carnis uel sacrifi-  
 ciorum ritus uel observatio sabbatorum & numenia-  
 rum. Haec est huiusmodi ergo sunt opera ex quibus dicit  
 neminem potuisse saluari et quibus in presenti loco dicit  
 quia non ex operibus. alioquin gratia iam non fit gratia.

per hec quis iustificatur non gratis iustificatur  
autem per gratiam iustificatur ista quidem opera  
deo minime quaeruntur sed observare debet ne accepta  
gratia inanis fiat in eo sicut & paulus dicit. Quia gratia  
aut in me inanis non fuit sed amplius quam omnes illi  
laboravi. & iterum addit. Tamquam memor gratiae.  
Non ego inquit sed gratia di mecum. Non facit ergo ina-  
nem gratiam ille qui dignaei opera subiungit. & gratia  
di non existit ingratus. Qui enim post consecutam gra-  
tiam peccat ingratus fit ei qui prestatit gratiam.  
Si autem non inanem feceris gratiam multiplicabitur  
tibi gratia & tamquam mercedem boni operis  
gratiarum multitudinem consequeris. Sicut & ipse  
scribit & petrus in aepistola sua dicit. Gratia vobis  
& pax multiplicetur in recognitione di & item alibi  
ut boni dispensatores multiplicet gratiae di. Quid  
ergo est quod quaerebat israhel hoc non est consecu-  
tus electio autem consecuta est ceteri uero excecati  
sunt sicut scriptum est. Dedit illis ds spm compunc-  
tionis oculos ut non videant & aures ut non audiant  
usq; in hodiernum diem. & dauid dicit. fiat mensa eoru  
in laqueum & in captiorem & in scandalum & in tribu-  
tionem illis obscurentur oculi eorum ne videant &  
dorsum illorum semper incurua. In his apostolus israhel  
in duas diuidit partes quorum unam electionem uocat  
quae consecuta sit quod quaerebat aliud ceteros appellat  
qui non solum consecuti non sunt quod quaerebant sed ex



& cecati sunt spū compunctionis quibus etiam dñm dedisse  
 Oculos ut non uideant & aures ut non audiant usq; in  
 eternum diem hoc est usq; ad consummationem seculi. Sed qui  
 tio nobis mouetur quomodo de bono do uideatur. dictum  
 quod ipse dederit. oculos residuo israhel quibus non uideat  
 & aures quibus non audiat. & uide ne for te haec magis re  
 tributio sit & meritis credulitatis secundum ea quae in supe  
 rioribus exposuimus ubi quia non probauerunt habere dñm  
 in notitiam tradidit eos dñs in reprobum sensum. & hic enī  
 oculos & aures cordis non corporis dicit quibus excecati sunt  
 & non audiunt hi utiq; qui xpm uidentes in corpore & au  
 dientes doctrinam eius neq; credere operibus quae uidebant  
 neq; uerbo quod audiebant oboedire uoluerunt uerum de  
 hac ipsa questione sufficienter nobis imprimis a epistulae  
 huius partibus dictum est ubi tamen scriptum sit hoc  
 ipsum quod dicit apostolus sicut scriptum est. Dedit illis  
 dñs spm compunctionis. oculos ut non uideant & aures ut  
 non audiant usq; in hodiernum diem. Ego actenus inueni  
 re non potui si qui uero diligentius quam nos intendit in  
 scripturis diuinis si inueniret manifeste & potius tamen  
 hoc modo dixisse apostolum cetero uero excecati sunt &  
 sicut scriptum est de eis. dedit illis dñs spm compunctionis ut  
 suis uerbis dicere uideatur dedisse eis dñm spm compunctionis  
 secundum ea quae de cecitate oculorum & auditu aurium  
 per esaiam sunt dicta. esaias enim ita dicit. Uade hic po  
 pulo huic auditu audietis & non intellegitis uidentes uidebi  
 tis & non uidebitis. In cras factum est enim cor populi huius

audierunt et oculos suos clauferunt  
ne uideant oculis & auribus audiant & corde intelle  
ant & conuertantur & sanem eos. Nunc ergo sensum  
esaiæ uideatur apostolus suis quidem sermonibus protulisse  
sed quia propheta sensum dicebat addidisse sicut scriptum  
est similis autem & de his facit quae per dauid dicta esse pro  
nuntiat ait enim & dauid dicit. Fiat mensa eorum in laqueum  
& captiōem & in scandalum & in retributionem illis obscui  
rentur oculi eorum ne uideant & dorsum illorum semper  
incurua. Quod enim dixit fiat mensa eorum in laqueum  
& in captiōem & in scandalum in captiōem non habet in  
psalmo scriptum neq. in nostris septuaginta inter praec  
tum exemplaribus neq. in hebraeorum & rursum in psal  
mo habet fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.

Apostolus autem non posuit coram ipsis. Haec de sermorum  
ordine & adsumptorum testimoniorum qualitate memo  
rauimus ut ostendamus per singula quod auctoritas  
opostolica nequaquam hebraeorum exemplaribus fidem  
facit nec uerbis semper inter praecum seruit sed scriptu  
rarum sensum uerbis quibus conpellet explicat.

Nunc ergo uideamus quomodo propositi capituli sensus  
debeat explanari cecitatem cordis qua reliquus israhel  
hoc est qui non credidit excecatus est duobus propheticis  
testimoniis probat uel quod ex esaiâ uel quod ex dauid  
uideatur adsumptum & in utroq. unus quodam modo  
sensus exponitur. Nam et hic oculi eis dantur quibus nō  
uideant & aures quibus non audiant & illic optatur ut

coram ipsis mensa eorum fiat in laqueum & incaptio  
 in retributionem & in scandalum & obscurentur o  
 eorum ne uideantur & quomodo haec digne credant di  
 & maxime ex persona xpi in psalmo non otiosum uideatur  
 ostendere. Uide ergo si hoc modo possumus explicare quod  
 quaeritur sicut oculis corporeis utitur unusquisq;  
 ad uidendum siue bona siue mala & in potestate habet  
 uel eleuare oculos ad caelum & per id quod uidet condito  
 rem eius agnoscere & conlaudare creatorem uel conferre  
 ad spectacula circi uel theatri uel quarum libet sordidarum  
 ablectamenta uisionum quibus aut ad libidinem aut ad  
 rapacitatem uel alia quaeque uitia animus inflammatur  
 ita mihi intellege & iam animae oculos quibus aliquidem  
 utantur ut uerbum dei & doctrinam ueritatis agnoscant  
 ac sapientiae eius cotidie capiant profectum. Alii uero  
 utuntur his oculis in contrarium exercentes scilicet semetip  
 sos cotidie & inquirentes quomodo dogmata ueritatis in  
 fringant & fidem xpi quantis ipsis uideatur impugnent.  
**P**onamus ergo aliquem orare pro his qui per specaces & argu  
 mentosi sunt in falsa scientia & dicere de illis de oculos ut  
 non uideant per uer si sensus acumina & aures ut non audi  
 ant mendacis scilicet magistros & obscurentur oculi eoru  
 ne uideant. Non tibi uidetur amplectendus is qui haec optat  
 eis per quae eorum peccata minuantur. multo enim meli  
 us est non sapere quam male sapere. Non inquam tibi ui  
 deatur quod marchion qui aduersum creatorem dnm blasphe  
 ma scripta composuit uel basilides uel ualentinus uel ceteri

si prauorum dogmatum beati fuissent si nullos qui  
male sapuerunt cordis oculos habuissent. de his  
um esaias dicit. *Ve scribentibus scribentes enim nequi-  
as scribunt.* Similiter autem & prophetae qui male docent  
& male loquuntur orat dauid in psalmis & dicit. *muta ef-  
ficiantur labia iniqua quae locuntur aduersum iustum sce-  
lus in superbia et contemptu.* Sic ergo & de israhel dicitur ob-  
scurentur oculi eorum ne uideant & de illis dicitur *ne uideant.*  
Haec quantum ad oculos cecitatem pertinet & quae male  
uidenti incredulo israhel tanquam pro remedio quodam  
dari ad oculos uideatur dicta sint. Nunc etiam de mensa quae  
in laqueum & in captiorem & in scandalum & in retribu-  
tionem efficitur dicitur. Uideamus sed primo ad eos discenda sunt  
pauca qui allegoriam in scripturis diuinis refutantes ridere  
solent eos qui non in omnibus sequuntur historicum sen-  
sum dicant ergo nobis si mensa haec iudaeorum illam dicit  
propheta in qua prandere uel cenare solent ut ipsa eis  
fuit in laqueum & capiat uel si ipsa mensa efficiatur eis  
in retributiones ut ab ipsa propheta quae deliquerunt reci-  
pant ultionem uel quomodo eis in scandalum fit ex-  
ponant quod si de his singulis explicare non ualent  
& risum suum in confusione uiderint uersum.

Tunc nobiscum pariter ueniant & requirant descrip-  
turis diuinis qualiter mensa haec israhel possit in-  
tellegi. Nobis igitur pro captu sensus nostri ita  
uideatur quod omnes scripturae quae ante ad-  
uentum domini erant apud israhel primis enim

illis credita sunt eloqui ad omne quod appellatur  
 testamentum. mensa est israhel in qua mensa si quis  
 bat edere uerbum dei adpositis sibi legis & prophetaru  
 sermonibus pascebatur & hanc puto esse mensam de  
 qua dicit salomon. Si sederis cenare ad mensam po  
 tentis intellegibiliter intellege quae apponuntur  
 tibi & mitte manum tuam sciens quia talia te para  
 re oportet. Sed saluator ubi dicit cum manducaue  
 ritis & biberitis ad mensam meam. quid aliud mensam  
 eius intellegimus nisi ubi dignos & eos qui capere pos  
 sunt uerbum sapientiae & rerum scientiam doceat.  
 hoc & in prouerbis salomon de sapientia protestatur  
 dicens. Sapientia aedificabit sibi domum & subposuit  
 septem columnas immolauit suas uictimas miscuit  
 in craterem uinum & parauit mensam suam. Omnis ergo  
 scriptura mensa est sapientiae. sed uideamus quomodo  
 hanc mensam ora dauid fieri israhelitis incredulis in con  
 spectu eorum in laqueum & in captiorem & in scanda  
 lum & in retributionem fit eis in laqueum scriptura  
 diuina cum legunt ea quae de xpo prophelata sunt  
 hic aedificauit ciuitatem meam & captiuitatem popu  
 limer conuertet. Et dicunt non esse haec ab ihu con  
 plaxa neque enim aedificauit adiunt ciuitatem dei neque  
 captiuitatem populi reuocauit sed haec dicunt quia  
 sedentes ad mensam potentis non faciunt illud quod  
 commonuit salomon ut intellegibiliter intellegant  
 quae adpositae sunt eis non enim uisibiliter haec sed intel

per hoc est spiritualiter facturum propheta est xps.  
m aedificauit uere ciuitatem di sed ex lapidibus uiuis  
aertauit filios abrahe ex ipsis aedificauit ecclesiam di & conuer  
tit captiuitatem populi eorum quos in peccatis captos diabo  
lus decenebat. Illis ergo non ita intelligentibus mensa  
haec scripturae diuinae facta est in laqueum & in captiorem.  
potest autem & illa captio mensae huius uideri qua dñs  
eos coepit cum dicit ad eos. Quid uobis uideatur de xpo cuius fi  
lius est. At illi responderunt dauid & dñs quomodo ergo in  
quit dauid dñm eum uocat dicens. Dixit dñs dño meo.  
**E**t non potuerunt ei respondere uerbum. Fit autem in retri  
butione eis haec mensa ut breuiter dicam secundum uerbum  
dñi quo ait. Putatis quia ego accusaui uos apud patrem est  
qui uos accuset & morset. & secundum illud quod apostolus dicit  
quot quot per legem peccauerunt per legem iudicabuntur.  
**F**it autem & in scandalum mensa haec hoc modo ex scripturis  
didicerant iudaei quia xps in aeternum manet ihm uero  
uidentes in carne & non solum in carne sed & in morte  
crucis & scandali habantur in eum nesciens quia & si passus  
est & infirmitate carnis sed uiuit ex uirtute di. Haec  
ergo singula quia non intelligibiliter acceperunt quia ad po  
sitas sunt eis ad mensam potentis scandali factis sunt & ipsa  
scripturarum diuinarum mensa facta est eis in scandalum  
& obscuratis sunt oculi eorum secundum ea quae superius dixim.  
Et dorsum eorum curuatum est semper. Neque enim deberent  
ultra caelum aspiciere qui in creatorem caeli peccauerunt &  
in dñm inuestatis. Sed et unumquod nostrum uere cunctum e

ne forte haec diuinorum uerborum mensa adquam uenire  
 confedisse ut cibum uerbidi pro possibilitate sumamus  
 laqueum uel in retributionem & in scandalum si non intel-  
 gibiliter & ut dignum est mundos & ea & puros ac spirituales  
 cibos sapientiae capiamus & iam illud pariter obseruantes ne  
 in mundis & sordidis uestimentis id est corpore aut corde pol-  
 luto ad mensam sapientiae confedamus sed speciem futuri  
 in caelis conuiuii iam nunc meditationes per conuersionem &  
 poenitentiam indumenta cotidie mundiora & nuptialia  
 preparemus quibus utentes aulam sapientiae & thalamos  
 filii regis intrare mereamur. Dico ergo numquid sic of-  
 fenderunt ut caderent absit sed illorum delicto salus genti-  
 bus ut illos emulentur quod si delictum eorum diuitiae  
 mundi & diminutio eorum diuitiae gentium quanto  
 magis plenitudo eorum. Cum exposuisset apostolus ea  
 in quibus repudiatus est israhel & introductae sunt gentes &  
 enumerasset & iam proficias quae de caecitate ipsorum &  
 laqueo & retributione scandalo quae praedixerant ne  
 rursus gentibus insultandi causas & elationes materiam  
 praebere & ipsum israhelis lapsum dicit talem fuisse non ut  
 illicaderent sed ut delicto suo salutem gentibus darent & ait.  
 Dico ergo numquid sic offenderunt ut caderent absit sed illo  
 delicto salus gentibus & quomodo ex illorum delicto salus  
 gentibus de cur ostendit ut illos inquit emulentur hoc  
 est ut conuersionem gentium uidentes & testamentum  
 dei quod ipsi prius acceperunt illis traditum & legem  
 ac prophetas apud eos maiore & digniore haberi obser-

XXVI

in Zelum capiant & iam ipsi in nouissimis salutem  
poribus . sicut nunc illorum lapsus salutem gentibus  
fedit . ita gentium fides & conuersatio israheli aemulatione  
conuersionis conferat & salutis obseruandum tamen est  
quod aliud ponit paulus offendere ac delinquere & aliud cade-  
re & offensionem quidem uel delicti remedium ponit cecidisse  
autem eos quasi desperatio in hoc sit aliqua non recipit . Dicit  
enim numquid sic offenderunt ut caderent sed illorum  
delicto salus gentibus . & est mirum quomodo in tot & intali-  
bus quae de eis omnes aepistulae textus exponit cecidisse  
tamen eos negat apostolus sed uideatur mihi quod paulus  
cadendi differentias bene nouerit & aliud sciat esse cadere  
secundum illud quod xpm . septies cecidit iustus & resurgit .  
& iterum nolim mihi insultari inimica mea quoniam ceci-  
di & resurgam . & secundum quod hieremias dicit . Num-  
quid qui cecidit non adiciatur ut resurgat aut quia uersus est  
non conuertatur . sed & iob de semetipso dicit . Tempore  
constituto paratum est ei cadere sub alis & domum eius  
diripi ab alienis . & in quarto regnorum libro scriptum  
est . cecidit ezechias ab elatione cordis sui & omnes hi ca-  
sus in quibus suprae dictis sermonibus scripturarum pro-  
nuntiasse memorauimus habent utiq; resurrectionem &  
a uersio eorum habet conuersionem . In praesenti uero  
capitulo quasi sciens apostolus quia si cecidissent resur-  
gere omnino non possent . ita negat eos cecidisse & ualde  
excusat in eo quod dicit . Numquid sic offenderunt ut  
caderent absit . Ne forte ergo ad alium casum respi-



ciens apostolus israhel excusare & abnegare cecidisse  
 fortasse de quo dicebat dñs & saluator noster. Quia  
 bam satanam sicut fulgor cecidisse de caelo. Sed ut illum  
 de quo esaias dicit. Quomodo cecidit lucifer qui mane ori  
 ebatur. Hoc ergo talis casu negat cecidisse israhel illorum enim  
 uel in fine seculi conuersio erit tunc cum plenitudo gentium  
 sub intrauerit & omnis israhel saluus fiet. Istius autem  
 qui de caelo descendisse dicitur. nec in fine seculi erit ulla con  
 uersio. Hunc ergo casum quem superius diximus. id est in quo  
 quicadec adiciat ut surgat simile esse huic quam in presenti  
 loco offensionem nominat apostolus aduertamus & quod  
 delictum appellat quod in hitale uidetur esse si quando  
 iustus in uno aliquo uictus uerbi causa uel in carnis fragilitate  
 uel alio quolibet delicto ceciderit non tamen ideo ab omni le  
 gis obseruantia discesserit. sed iustitiam tenet misericor  
 diam colat fidem pietatem mansuetudinem seruet et  
 legem di meditari non neglegat de hoc possumus dicere  
 quia numquid sic offendit ut caderet absit. quia & israhe  
 litae quamuis redemptorem suum negauerint & eos  
 qui ab eo missi sunt ad predicandum salutem lapidaue  
 rint & persecuti sunt tamen habent adhuc aliquid resi  
 duum est apud illos meditatio legis. Licet non credentes nec  
 intellegunt est apud illos & aemulatio di. Licet non se  
 cundum scientiam & propter ea dicit apostolus. quia  
 non sic offenderunt ut caderent. hoc est ut ab omni le  
 gis di obseruantia uel meditatione penitus declinarent  
 & huiusmodi casum delictum nominauit. Illorum enim

delicto salutem gentibus. propter ea ergo & dauid dicitur  
quodammodo esse se delicta in quibus qui ceciderit non resur-  
gat & esse alia in quibus qui ceciderit non resurget nec  
in consummationem seculi dicebat delicta siue lapsu  
qui intellegit. sequitur post haec. Quod si delictum illorum  
diuitiae mundi & diminutio eorum diuitiae gentium  
quantomagis plenitudo eorum. Considera in his di sapi-  
entiam quomodo apud eum ne ipsa quidem dilecta & lap-  
sus inutiliter cedant sed cum unusquisq; ex proposito sui  
libertate delinquat dispensatio diuinae sapientiae hoc  
ipsum in quo illi damno suae negligentiae pauperes fiunt  
alios diuites facit. & enim quomam <sup>uide</sup> in eum di gentes & dis-  
perget. Filios adam constituit terminos gentium se-  
cundum numerum angelorum di facta est tunc pars  
dñi iacob & funiculum hereditatis eius israhel.  
I Illis autem angelis quibus pars gentium fuerat distributa  
sedulenter quodam modo singulos quosq; de parte dñi  
aut de prauebitibus fecerunt eos offendere ita ut diceret dñs  
per prophetam. Facta est mihi postio mea desiderabilis in  
exsecrationem. Necessarium fuit ut illa refutata esset alia  
pars dñi super terram quae gloriam & testamenta & legis-  
lationem & obsequia cultus di quae omnia diuitiae erant  
partes dñi suscipere & pars dñi pro illa parte quae offen-  
deret uocaretur. Idcirco delictum illorum fiunt diuitiae  
mundi. nunc enim non una hebraeorum gens sed totus  
mundus pars dñi effecta est. sic enim ipse saluator dicit.  
Quia ego ueni non ut iudicem mundum sed ut saluetur

mundus per me. It ne abiguum uideretur mundi nomen  
 quoniam quidem saepe ad caelum & terram saepe ad  
 terram. Interdum uero & iam ad omnes homines mun-  
 di appellatio refertur. Idcirco reperit apostolus & mani-  
 festius in quo dixerit mundum designat. ait enim. & di-  
 minutio eorum diuitiae gentium. Quod enim illis  
 qui offenderunt diminutum est ad ablatum ad diuitias  
 gentium conlatum est qui per fidem pars dñi & here-  
 ditas eius effecti sunt. Bene autem & de minutionem  
 reddit plenitudinem & non sine profundo quodam sen-  
 su populum israhel paulus plenitudinem uocat in quo  
 ego promissis uiribus tale aliquid intellego. nunc quidem  
 donec omnes gentes ueniunt ad salutem congregantur  
 diuitiae dei & credentium multitudinem sed donec israhel  
 in incredulitate persistit nondum plenitudo portionis  
 dñi dicitur esse completa deest enim ad integrum popu-  
 lum israhel. cum uero plenitudo gentium subintrauerit  
 & israhel in nouissimo tempore per fidem uenerit ad salutem.  
 ipse erit populus qui prior quidem fuerat sed nouissimus  
 ueniens ipsam quodam modo hereditatis & portionis dei  
 plenitudinem compleat. & ideo plenitudo deest appellat  
 quia quod deest in portione dei. In nouissimis ipse compe-  
 bit. & ita omnipotentis & boni dei dispensatio delicta aliorum  
 fructuosa aliis efficit. sicut in presenti israhel diuitias mundi  
 facit & in minutionem eorum diuitias gentium; iam sa-  
 nes & gentium delictis quae necessario delinquent tale  
 aliquid faciat omnium dispensator & aliquibus ex eis

gratia conferat. Nec quasi speciales alius israel fuisse  
videatur sed aequitas apud iustum et bonum dnm super  
omnibus habeatur. Etiam tu apud te ipsum qui legis  
requirito; Vobis enim dico quidem gentibus quamdiu  
quidem ego sum apostolus gentium ministerium meum  
inlustrabo. si quomodo in aemulationem inmittam car-  
nem meam et saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amis-  
sio eorum reconciliatio est mundi. quae est ad assumptionis  
uita ex mortuis. Sicut saepe obseruauimus in hac ae-  
pistola paulum aliquando pro iudaeis aliquando pro gentibus.  
Interdum uero ad alterum horum uel ad utrumq. facere  
sermonem sicut cum dicebat. Si autem tu iudaeus cogno-  
minaris quasi ad iudaeum loquens. Et iterum iudaeo  
primo & greco quasi ad utrumq. nunc uero parte ad gentes  
hoc ad eos maxime qui in urbe roma ex gentibus crediderant  
dicit. Vobis ergo dico gentibus. Quid ergo dicat gentibus  
uideamus. Quamdiu quidem ego sum inquit apostolus  
gentium ministerium meum inlustrabo. si quomodo in a-  
emulationem inmittam carnem meam & saluos faciam ali-  
quos ex illis. dicit aliquis quod ait quamdiu ego sum aposto-  
lus gentium. Hoc uidetur ostendere quod non semper  
apostolus erit gentium. sed complexo ministerio aliorum  
quorum liber apostolus sit futurus. sed quantum & ex ipsi-  
us sermonibus & ex rerum gestarum ratione colligitur  
quamdiu in hoc mundo fuit per mansisse in fide & ueritate  
apostolus gentium conprobatur. Quid ergo dicemus  
numquid nam tamquam seruus bonus & fidelis qui in

paucis fuerit fidelis sciebat se super multam constituendum  
 apostolum futurum & iam post exitum suum non solum  
 gentium sed israhelitarum & aliorum fortassis inuisibiliunt  
 ibi ubi benedicunt: sps & ammae iustorum dnm vnum di  
 cunt & super exaltant eum in secula. An potius simpliciter  
 dictum dicitur accipere quam diu ego sum apostolus gentiu.  
 sicut & apostolus dicit: Ecce ego vobiscum <sup>sum</sup> omnibus diebus  
 usq; ad consummationem seculi. Non quod dicat se post con  
 sumationem seculi non futurum cum eis sed ostendere & se  
 nusquam ab eis discessurum usq; ad consummationem saeculi  
 dixit ita & apostolum quam diu ego sum apostolus dixit  
 se pro semper & sine fine. quae autem ex utraq; recipi de  
 bet & expositio relinquimus legentis arbitrio. Igitur quam  
 diu apostolus est gentium populus ministerium suum inlus  
 trare sedicit. & quid tam dignum quam ut unusquisq;  
 ministerium suum quod per diuidentiam suscepit ex  
 ornet & ornate autem & inlustrat ministerium qui minis  
 trat bene. Sicut & contrario dehonestat ministerium suum  
 & notabile facit qui negligenter & indigne ministraverit  
 uerbi causa in ministerio ecclesiae. Diaconus inquit qui  
 bene ministraverit bonum gradum sibi adquirit &  
 multam fiduciam in fide xpi ihu. Si uero non beneminis  
 traverit hoc est si non se talem exhibuerit qualem descri  
 bit apostolus. Crauem non bilinguem non multo  
 uino deditum. non turpis lucri adpctorem. sed ha  
 bentem mysterium fidei in conscientia pura.  
 Non iam bonum gradum sed malam sibi paenam conquirat.

quam qui contumeliam diuino mysterio fecerit .  
maliter autem & si qui presbiteru gradum suscepit . satis  
agat inlustrare ministerium presbiteru ad ipsum enim  
& illa quae de presbiteris aditum scribit apostolus . & ea  
quae esaias scribit dicit . Ipse dñs in iudicium uenien cum pre-  
sbyteris populi & principibus eius iudicabitur . & addit  
uos autem autem inquit succenditis uineam meam &  
direptio pauperum in domibus uestris est . ut quid iniuria  
facitis populo meo & personas pauperum confunditis .

Secundum hanc autem & episcopus inlustrat ministerium  
suum in episcopatu si sit secundum quod describit apostolus .

In reprehensibilis uigilans . prudens ordinatus . hospitalis doctor  
non uolentus . non percussor . sed modestus . non litigiosus  
non auarus . domum suam bene regens . filios habens in  
obsequio cum omni grauitate . non elatus superbia neq; in  
iudicium incidat diaboli . Quitalis est inlustrat minis-  
terium a episcopatus sui ut & ipse audiat . Euge ser ue bo-  
ne & fidelis super pauca fuisti fidelis super multa te consti-  
tuam . Similiter autem & uidua si per maneat in orati-  
onibus & obsecrationibus nocte ac die inlustrat ministeriu  
uiduatis suae . si uero sit talis quales apostolus notat .

Otiosa & uerbosa . & non solum uerbosa sed & curiosa loquens  
quae non oportet aut sit indelicus degens & uiuens in otia .  
Haec dehonorauit & non inlustrauit ministerium uiduitatis  
suae . Eodem modo & iam uirgo consecrata dō inlustrat  
ministerium uirginitatis suae si sit sancta corpore & spū .  
& non cogitet quae hominum sunt sed quae di . quomodo

placeat dō. si uero aliter agat non solum non inlustrat mi-  
 rium uirginitatis suae nec inlustrat lampadam suam. sed  
 e contrario lumen eius extinguitur & efficitur una de insipienti-  
 bus uirginibus. haec eadem & unusquisq; in ecclesia positus apud  
 semetipsum reputet ut in quocumq; loco stat siue in clero siue in  
 plebe inlustret ministerium fidei suae. tales faciat actus suos  
 ut uidentes homines opera eius bona magnificent patrem qui  
 in caelis est. Hoc enim faciebat & paulus docendo gentes quarum  
 erat apostolus & instruendo infirmos olere paruulos lacte alen-  
 do. robustis fortiolem uerbicibum prebendo. errantes & infi-  
 de titubantes ac uelud in abor sum parturiendo donec xps  
 formaretur in eis & per haec omnia inlustrando ministerium  
 apostolatus sui in aemulationem fidei & zelum bonae conuer-  
 sationis adducebat carnem suam id est secundum carnem cog-  
 natos ut si non omnes aliquos tamen saluos facere ex illis. Sic  
 ergo dum per uirilem curam & iugem sollicitudinem erga  
 doctrinam gentium gerit & conuersationem eorum ac uitā  
 ualde probabilem facit. Uidentes haec israhelitas qui erant  
 cognati eius secundum carnem ad imitandos eos qui profici-  
 unt infidei inuitat & prouocat & est gloria ministerne  
 cum ex heruditione eorum & iam illis profectus accesserit.  
 Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi quae est ad sump-  
 tionis uitae ex mortuis. Hoc mihi ostendere in his sermonibus  
 uidetur apostolus quod abiectio israhel & ad gentes necessario  
 praedicatione translata mundus hoc est uniuersae gentes  
 reconciliatus est dō secundum quod scriptum est. quia dñs  
 erat in xpo mundum reconcilians sibi non reputans illis  
 quoddam redactus materno affectu rursus.

ta ipsorum . & iterum . sicut paulus dicit qui posuit inno  
uerbum reconciliationis per quod uerbum dicebat .  
rogamus pro xpo reconciliamini dō . Sicut ergo inquit isra  
heliticae huius gentis abiectio reconciliationem praestitit  
mundo . & tanta fuit erga gentem istam gratia quae  
sublata ab ea uniuersum mundum dō reconciliare sufficeret  
quantum putas . tunc merebitur mundus cum & iam gens  
ista reconciliari meruerit dō . Quid illud sit quod ex reconci  
liatione israhel mundus exquirat breuiter ostendit dicens  
uita & mortuis . tunc enim erit adsumptio israhel quando  
iam & mortui uitam recipiant . & mundus ex corruptibili  
incorruptibilis fiet . & mortale immortalitatis dona dantur .

Ad  
Absurdum namq; uideretur sicum offensio eorum reconciliatio  
nem mundo donauerit adsumptio eorum non maius ali  
quid mundo ex praestantius largiretur . Quod si diliba  
tio scā est & massa & si radix scā & rami . quod si aliqui  
& rami fracti sunt . Tu autem cum esses oleaster insertus  
es in illis & socius factus es radices pinguidinis oliuae . noli  
gloriarī aduersum ramos . quod si gloriaris non tu radicem  
portas sed radicem te . Dicis ergo fracti sunt rami ut ego  
insererem bene propter incredulitatem fracti sunt  
Tu autem fide factus noli superbae sapere sed time . Si enim  
dī naturalibus ramis non pepercit nec tibi parces .  
Uide ergo bonitatem & seueritatem dī in eos quidem qui  
cēderunt seueritatem . In te autem bonitatem si per  
manseris in bonitate . alioquin & tu excideris & illi  
si non per manserint in incredulitate inserentur .



potens est enim dicitur iterum inserere illos. nam si tu ex  
 rali oleastro excisus es & contra naturam insertus es in  
 nam oliuam. quanto magis secundum naturam inserens  
 suae oliuae. Nescio quomodo hi quidam schola ualentini  
 uel basilidis ueniunt. haec ita apud paulo dicta non audientes  
 putentes se naturam animarum quae semper saluasit  
 & numquam pereat. & alia quae semper pereat & num  
 quam saluasit. cum aperte paulus dicat fractos esse  
 ramos bone oliuae propter incredulitatem suam & diuinae  
 saeueritatis indignis uindicta. & rursus oleastri ramos  
 quae apud illos natura per dita ponitur insertos esse  
 radici pinguedinis oliuae. sed illis quidem per haec facile  
 responsum sit. nihil omnino fauorem & iam nobis qui una  
 esse naturam omnium hominum. Immo omnium rati  
 onabilium dicimus. & ad salutem aequaliter habilem  
 & ad perditionem negligatam curri potest & dici.

Quomodo autem paulus oliuam bonam & oleastrum ponit  
 cum utique si unam scire esse naturam omnium diuersi  
 generis arborum non intro duxisset & exemplum.  
 Dicendum ergo ad haec sicut omnes materias corporales  
 cum sine dubio unius naturae sit per accidentes sibi qua  
 litates diuersas species profert uel corporum uel arborum  
 uel herbarum. ita & cum omnium rationabilium una  
 natura sit arbitrii proprii aequaliter liberata donata  
 unius cuiusque proprii motus & arbitrii potestate prolata  
 uel ad iustitiam uel ad libidinem subiectam sibi ani  
 mam per ducentes uel in bone eam uel in arboris speciem

manit non ut bona arbor dicatur si per arbitrii potestatem  
selegerit bona aut mala dicatur. si elegerit mala & sic unus  
quisq. secundum propositi sui motus aut bona oliua si inter  
uirtutis incedat aut si contraria sectetur oleaster nomina  
bitur. Inde deniq. dñs in euangelio dicebat. aut facite arbo  
rem bonam & fructus eius bonos. aut facite arborem malā  
& fructus eius malos ut ostenderet arborem malam uel  
bonam non nasci sed fieri. Jam uero si accidit aliquid ad ar  
bitrii libertatem quod extrinsecus uel ad mala prouocet  
uel hortetur ad bona per ineffabiles quasdam diuinae  
prouidentiae dispensationes in nullo consequentia pro  
positae absolutionis offendit. habet enim in semet ipsa  
natura rationalis uigentem & ad haec arbitrii liber  
tatem qua uel oboedire si uelit prouocante uel nolit  
spenere possit hortantem. Quod autem diximus quia  
materia & corporali accedentes extrinsecus qualitates  
reddunt specie diuersas aliquas quidem ad multum  
tempus permanentes aliquas ad breue nonnullas uero  
non solum annis exiguis sed interdum mensibus & iam  
aut diebus paucis uix durantes ita intellegitur uerbi  
causa species caeli & solis aut lunae uel astrorum tali  
bus quibusdam formatae sunt qualitatibus quae usq. ad  
saeculi finem per durare sufficiant. Et usq. quo libe  
rentur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae  
filiorum di. Aliae uero terrenorum sunt corporum  
qualitates in ipsis est multa differentia nonnullorum  
enim animalium corpora uel arborum uel auium

multis admodum pos sunt durare temporibus alio  
 uero paucis aut ualde. Quod si haec intellexisti tran  
 mus nunc ab exemplis corpore aequalitatis ad naturae  
 rationabilis qualitate & uide quomodo aliae quidem in  
 qualitatibus beatitudinis secula multa perdurant & alia in qua  
 litatem aliae nihilominus secula multa consumunt aliae  
 ex ipsis paruo tempore uel in uirtutibus uel in maliciis  
 manent. aliae per exiguo aliae admodum breui quorum  
 per singula notitiam nos quidem homines ut pote cor  
 ruptibilis corporis pondere praegravati per exiguam  
 aut & iam nullam capere possumus qui uero scrutatur  
 omnia & iam altadi sps scs uniuersa nouit & nota facit  
 cui ipse uoluerit reuelare. In his & enim praecipue id est in  
 dispensatione rationabilis naturae apostolicum illud discen  
 dum est. O latitudo diuitiarum sapientiae & scientiae  
 di quam scrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiae ei.  
**S** i ergo unusquisq; ex arbitrii potestate aut bona oliua aut  
 oleaster efficitur aut israhelici generis aut alterius cul  
 pabilis gentis ut dicatur deo; Quia alienati sunt peccatores  
 ab utero errauerunt a uentre locuti sunt falsa. Ita ut sint  
 peregrini testamentorum & hospites testamentorum  
 & hospites promissionum di & aliuindm iactantur ex utero  
 & dicunt. In te iactatus sum ex utero de uentre matris mee  
 ds meus estu. Sed quomam ut diximus permanet semper  
 naturae huic libertas arbitrii possibile est ut cum sit  
 quis israhelicae gentis & bonae oliuae ramus decidat  
 in incredulitate & frangatur & rursus alius qui elegerat

et esse culpabiles & peccatrices & per hoc ramus oleaster  
dicebatur. si conuertatur ad fidem habet enim in se arbitrii  
sui libertatem qua conuertere possit ad bonam inseritur bonae  
olivae per fidem & efficitur socius radicis pinguedinis  
olivae. Radicem uero hanc alii abraham alii sech alii  
unum aliquem & patribus benemeritis ponunt.

Ego autem radicem aliam quaescasit ei scas primitias  
nescio nisi dnm meum ihm xpm ipse est enim primi  
tiae omnium uel dilibatio ut praesentiloco habemus  
apostoli secundum id quod alibi de eo dicitur qui est  
primogenitus omnis creaturae huic namq; radici omnis  
quis saluatur inseritur. & ex hac dilibatione sca omnis  
massa humani generis scificatur & uere sicut radix  
sca manentibus in se ramis scificatis pinguedinem pbe  
dum per spm scm adherentes sibi uiuificat uerbo exco  
lit sapientia floribus reddit & in omni uirtutum  
plenitudine ad ferre fructus uberes facit ita ut &  
ipse dicat de eis. Ego autem sicut oliua fructifera in do  
modi. & enim si rami fracti sunt propter incredulita  
tem fracti sunt & qui stant fide stant. Quis alius erit in  
quo stant nisi ihu xpi & quis est alius a quo per incredeli  
tatis sunt fracti sunt. nisi ipse cui non crediderunt semp  
ergo quicumq; ad uenae ad fidem uel ad conuersionem  
israhel ueniebant xpo quierat uerus israhel in se re  
bantur praecipue tamen ex tempore aduentus eius  
multus oleaster inseritur huic radici uel ramis eius  
apostolis scilicet propheta di ut qui inseruntur eis

facti sunt radicis pinguedinis xpi, Post haec edocet nos  
tulus non ex tolli aduersum ramos fractos israhelitas  
insultare eis quia non nos radicem portamus sed radix nos

Non enim habemus quod non accepimus / si autem accepimus  
quid gloriamur quasi non acceperimus, Tum deinde  
quasi quibusdam impudentibus insultantibus & dicen-  
tibus si fracti sunt rami bene propter incredulitatem  
fracti sunt ut ego infererem qui credebam hos ergo re-  
primens apostolus dicit Illi quidem per incredulitatem  
fracti sunt & cui insertus es per fidem & infideles sed me-  
mento quia omnis qui se exaltat humiliabitur. & ideo  
noli superbae sapere noli alta & lata proloqui quamuis  
enim in radice stes & bene stes timeo tamen uidentis  
quia & alii quibus insultas ibi steterunt ubi & tu stas<sup>is</sup>  
& tu cum ibi stes ad oliuae huius radicem aliunde trans-  
latus es & possibile est & iam te peccare nam & hoc ipsum  
quod superbis & exaltaris iam peccas & scito quoniam si  
di naturalibus ramis non pepercit nec tibi parte

Post haec uero iste qui superbit & insultat lapsis alioribus  
ab apostolo sensibus humilitatis imbuitur & dicitur ad  
eum tu qui haec dicis uide bonitatem & seueritatem  
di & cum uides seueritatem eius erga destructos ramos  
mendum tibi est ne forte & tu dum superbis & insul-  
tas lapsis seueritatem di quae peccatores per urgas  
incurras ipse peccando, bonitas enim eius permanet in  
his qui in bonitate permanserunt alioquin eodem or-  
dine & tu si in bonitate non manseris excideris

in incredulitate non potuerunt inserentur do enim  
non est impossibile iterum inserere illos si excedant in incre-  
dulitate per quam fracti sunt quando quidem facilius ui-  
detur propriae arboris ramos radice suae reddere quam  
inserere alienos. Quod autem dixit ex naturali oleastro &  
iterum secundum naturam inserentur suae oliuae natu-  
ram oliuae uel oleastri secundum hoc debemus accipere  
quod supra & posuimus quod arbitri libertas naturam fece-  
rit uniusque uel oleastri uel bonae oliuae. Obseruandum  
sane est quod hi quoque qui ex propria oliua deciderunt fracti  
dicuntur hi uero qui ex oleastro inserentur si iterum pecca-  
uerint non frangendi quod utique esset leuius sed excidendi  
appellantur. In quo uehementior profectodi seueritas indi-  
catur si postea quam cum esset oleaster & ex peccatoru  
silua collectus ad radicem fidei adscitatis adductus est rursu  
amaros malitiae proferat sicut sed ne hoc quidem lateat  
nos in loco quod non eo ordine apostolus oliuae & oleastri  
similitudinem posuit quo apud agricolas habetur illi ma-  
gis oliuam oleastro inserere & non oliuae oleastrum solent.  
Paulus uero apostolica auctoritate spiritali huic & nouae  
agriculturae nouum ac spiritali colendi ordinem posuit.

VIII  
Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc ut non sitis  
apud uos me ipsos sapientibus quia cecitas ex parte ista  
contigit donec plenitudo gentium subintraret & sic om-  
nis israhel saluus fieret sicut scriptum est. ueniet ex sion  
qui liberet & auertat impietates ab iacob & hoc illis  
ame testamentum cum abstulero peccata eorum.

Adhuc adeos qui ex gentibus crediderant quasi elatos & super-  
 bientes aduersum ramos qui fracti sunt & putantes quod  
 hoc non diuinitate. & ineffabili dispensatione sapientiae  
 eius sed suis meritis consecuti sint ut illis de fractis ipsi cum  
 essent oleastri insererentur in bona oliua. dicit. Nolite  
 ignorare fratres mysterium hoc ut non sitis apud uos in ipsis  
 sapientes. quia insultare lapsis & gloriari aduersum ra-  
 mos qui de fractis sunt non fit per diuinitatem. sed per  
 humanam notabilem & ignorantem mysterium di-  
 uinum. Qui enim secundum sapientiam diuini in beneficium di-  
 uinum non insultat abiectis. sed cum timore gratias agit misericordiae largientis.  
 Est ergo mysterium quod ignorabatur ab his qui insultabant  
 huiusmodi. quomodo in dispersione filiorum adam ceteris  
 quibusque gentibus secundum angelorum numerum dis-  
 tributis. propria quaedam pars diuini facta israel sicut & in  
 aliis ubi oportuit & in ipsis paulo superius memorauimus  
 ad quos & re promissiones bonorum & testamenta & le-  
 gis latio facta est. manente ergo parte illa diuini in statu suo.  
 possibile non erat. Nos qui eramus gentes introire in here-  
 ditatem diuini. & in seipsum iura succedere. Idcirco igitur pati-  
 tur deus ex parte. id est non omnibus sed aliquibus ex israel  
 fieri cecitatem fieri ab illis sine dubio angelis obtentu inuidiae  
 aemulationis in latam qui ceterarum gentium sortiti fu-  
 erant principatum. passus est ergo deus. & cum possit prohibe-  
 re noluit. ut pro his qui cecitate decepti. id est cordis obtusi-  
 one prolapsi sunt ipsorum qui istos deceperant portiones  
 suam deus faceret & portionem. ut quodam modo in eo ipso

caeperant caperentur auertentes enim ad se per peccata inle-  
bras di plebem. locum fecerunt gentibus ingrediendi inheredi-  
tatem di. do cum ipsis communi quodam & aequissimo iure  
habente iudicium ut donec illi plebem di in caecitatis captiui-  
tate decernerent quasi aduicem eorum quos ab initio ex parti-  
one di & segregata eius hereditate subtraxerant gentium  
numerus reddatur. cum uero plenitudo gentium fuerit &  
explata & aemulationem salutis eorum coepisset israhel  
discutere a semetipso caecitatem cordis & eleuatis oculis suis  
xpm uerum lumen aspiceret & ita secundum praecedentes  
prophecias salutem quam obcaecatus sibi miserat israhel  
quaereret instigatus dicens apud semetipsum illud pro-  
pheticum. Reuertar ad uirum meum priorem quonia  
melius mihi erat antequam modo. Quod autem haec  
illis promissasint per prophetas in multis quidem propheticis  
uoluminibus inuenitur. ponemus tamen quod sufficiat  
ad presens unum de hieremiae testimonium ita continens.  
**S**i exaltetur caelum in excelsum & terra humilietur  
deorsum ego non reprobabo genus israhel pro omnibus  
quae fecerunt. Si ergo ut introiret gentium plenitudo  
caecitas facta est in israhel pro omnibus quae fecerunt  
sine dubio cum ingressa fuerit gentium plenitudo cae-  
citas cessat quod si uis inquit apostolus scire quomodo  
& iam post caecitatem saluandus sit israhel. Audi quo-  
modo scriptum est. Ueni & ex sion qui liberet & auertet  
impietates ab iacob & hoc illis a me testamentum  
cum abstulero peccata eorum. Sciendum sane est quod



in propheta esaia unde testimonium istud paulus addit  
 pro eo quod dixit apostolus ueniet ex sion scriptum est  
 ueniet propter sion. & quod att hic cum abstulerit peccata  
 eorum ibi omnino scriptum non est. sed non apud abraeos  
 quidem apostoli tamen auctoritate praesumptum est.  
 Interim ueniens dñs ex sion liberat & auertat impieci-  
 tem ab iacob. auertat autem impietates ab ea secundum  
 illud quod scriptum est. Qui adiluit dñs sordes filiorum  
 & filiarum sion & sanguinem mundabit de medio ei  
 in spū iudicii & spū uestionis. & hoc ita fieri testam-  
 tum eius erat ad dō. ut sic ab eis auerterentur impietates  
 & auferentur peccata; quis autem sit iste omnis israhel  
 qui saluus fiet uel quae erit ista plenitudo gentium  
 dñs solus nouerit ut unigenitus suus & si qui forte amici  
 sunt eius ad quos dicat. iam uos non dicam seruos sed  
 amicos quia nota uobis feci omnia quae audiui a patre.  
 Hoc tamen potest & iam nostro sensui occurrere quod  
 sicut israhel quamdiu permanet secundum carnem  
 israhel & non etiam secundum spūm factus fuerit isrl.  
 ita uetus mente uidentem pertinere non potest ad salu-  
 tem. ita ne gentes quidem omnes omnino saluari pos-  
 sunt nisi quae intra plenitudinem fuerint reperiae  
 quaecumque illa est quae ab apostolo plenitudo nominatur.  
 Ita ergo mysterium di ineffabili quadam sapientiae ei  
 dispensatione tractatur ut & iam cum sibi anima sua  
 malorum ipsa consciuerit ille qui nouit uniuersa dis-  
 ponere abiectioem eius & paenam aliorum faciat

salutem. sed & illud uidetur mihi in loco diligentius con-  
ueniendum quod caecitatem istam. Non dicit omnis israhel  
contigisse sed ex parte. Reliquiae enim secundum elec-  
tionem gratiae factae sunt de quibus reliquis & esaias  
propheta uerat dicens. Nisi dñs sabahot reliquis set nob  
semen. istae ergo reliquiae in beatitudine conferentur  
cum plenitudine gentium. ceteri uero qui ex caecati sunt  
ex israhel qui conferuntur his gentibus quae non potuer-  
ad plenitudinem peruenire; sic ergo quae inueniuntur  
in sermonibus prophetarum de promissionibus scripta  
beatitudinem continentiam de israhel ad reliquias istas  
quae electae sunt pertinent si de gentibus ad plenitudi-  
nem spectant. si quae uero tristitia si quidem de israhel  
dicuntur ad illos sine dubio reliquos qui ex caecati sunt  
referuntur. siue de gentibus illos profecto qui sunt se-  
tra plenitudinem stringunt omnia tamen finis per-  
urgue & eos quidem qui beati sunt. siue illi ex israhel  
siue & iam gentibus ueniant praesentis temporis euan-  
gelicae doctrinae sermo purificat. ut sint tales sicut  
erant illi ad quos dñs dicebat. ecce iam mundi estis propt̄  
sermonem quem locutus sum uobis qui uero uerbidi  
& doctrinae euangelicae purificationem spreuerit  
tristibus & paenalibus purificationibus semetipsum  
reseruat ut ignis gehennae in cruciatibus purget quem  
nec apostolica doctrina nec euangelicus sermo purgauit  
secundum illud quod scriptum est & purificabo te igni  
ad purum. Uerum haec ipsa purgatio quae per paenam

ignis adhibetur quantis temporibus quantisue saecula  
 peccatoribus exigat cruciatus solus scire potest ille cui  
 pater omne iudicium tradidit qui ita diligit creatura  
 suam pro ipsa euacuauerit semetipsum de di forma &  
 serui formam suscepit & humilians semetipsum usque  
 ad mortem uolens omnes homines saluos fieri & in  
 agnitione ueritatis uenire. Uerum tamen meminisse  
 debemus quod praesentem locum apostolus quasi mys  
 terium haberi uoluit quod scilicet huiusmodi sen  
 ses fideles quiq; & perfecti inter semetipsos uelut mys  
 terium di silentio tegant ne passim imperfectis & mi  
 nus capacibus proferant misterium enim requisit scrip  
 tura celare bonum est. Secundum euangelium quidem  
 inimici propter uos secundum electionem autem carissi  
 mi propter patres sine paenitentia enim sunt dona & uo  
 catio di. sicut enim uos aliquando non credidistis do.  
 nunc autem misericordiam consecuti estis propter ipso  
 rum incredulitatem. Ita & isti nunc non crediderunt  
 in uestri misericordia ut & ipsi misericordiam consequantur;  
 conclusit enim di omnes in incredulitate ut omnibus mi  
 seretur. O altitudo diuiciarum sapientiae & scienti  
 ae di quam scrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles  
 uiae eius. Quis enim cognouit sensum dni. aut quis illi  
 consiliarius fuit. aut quis prior dedit ei & retribuet  
 ei quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso omnia.  
 ipsi gloria in saecula saeculorum amen.

Eadem persequens adhuc de israhel & gentibus apostolus

ramis oleastri qui insultabant ramis oliuae defractis  
imputans haec etiam et addit: Quia israhel secundum  
euangelium quidem inimicus factus est do quia non credi-  
dit xpo. Quantum autem ad honorificentiam spectat  
patrum electus est et carissimus habetur apud dm.  
**S**emel enim donata electione semini patrum et dilectio-  
ne concessa seruat sine dubio ds dona et uocationem  
suam erga semen eorum quorum meritis id aliquan-  
do largitus est nec penitudo incurrit in dm etiam si  
minus uideantur digni existere hi erga quos promiss-  
sa patribus beneficia conferuntur. Uerum ut saepe com-  
monuimus etiam in presenti loco illa est obseruanda  
distinctio quod israhel quidem qui inimicus est do ille  
dicatur quidam abat de xpo tolle tolle crucifige eu  
quomodo enim non dicantur inimici di qui uel tunc  
uel etiam nunc dixerint ista uel dicant sed et quod  
dicit propter uos quorum salutis scilicet in uident  
prohibentes apostolas gentibus loqui et persequentes eos  
qui adnuntiant xpm secundum reliquias uero quae  
saluandae dicantur in quibus electio credentium sub-  
secuta est et israhel carissimus sunt propter patres quorum  
scilicet fidem sequentes credunt in eum qui suscitauit  
xpm ihm a mortuis et secundum hoc erga huiusmodi  
semen sine paenitentia enim sunt dona et uocatio di.  
**P**ost haec uero etiam latentes et profundiores increduli-  
tates eorum aperit causas et dicit: quia sicut uos  
gentes quondam non credebatis do nec tamen idcirco

B

penitus reliquit uos deus sed aliquando ad ultimam misericordiam consecuti estis occasio tamen conferendae in uos misericordiae populi israel incredulitas extitit. ita etiam hi qui nunc de populo israel non crediderunt & pro incredulitate sua derelicti sunt. ut ad uos dei misericordia flecteretur non usquequaque relinquerentur in incredulitate sua sed postquam plenitudo gentium fuerit impleta dispensatio etiam ipsi consequerentur misericordiam. In quo uolens apostolus bonitatem dei ostendere quia incredulitate aliorum salutem facit. Conducit inquit deus omnes in incredulitate ut omnibus miseretur.

**N**on quo ipse eis iniecerit incredulitatis propositum sed ex ipsorum incredulitatis proposito credendi aditum aliis qui et ipsi prius increduli fuerant patefecit. In his autem positus locus paulus et alius huiusmodi causas quomodo deus malum propositum non continuo resecat et excidat sed patitur et reseruet prospiciens quia aliquid bonum aliis facturum per alterius propositum mali ab his opinor de quibus loquebatur reulit oculos cordis sui ad ipsam malitiae originem quodam ex initio in his quibus oborta est.

Quicumque illi sunt pullulantes et arbitrii libertate crescentem utile non iudicauerit resecare sed permiserit eos uti proposito suo sciens et prospiciens quod multorum profectus et utilitas ex malitiae ipsorum occasione consurgat. Et intantum apud bonum deum uirtuti locus est ut et malitiae opus quamuis illi pernitiosum sit de quo procedit. Beneficium tamen praestare dispensatur.

agnoscim mouet cum fuerit superata. Considerans igitur  
sc̄s apostolus tantas esse bonitates d̄i diuitias & tantam  
diuinae sapientiae opus erga rationabiles agnaturas. Quia  
tantum d̄s diues est in misericordia & diues in omnibus  
qui inuocant eum. & tantae sunt diuitiae bonitatis eius  
& patientiae & longanimitatis. Repente interioribus  
eas cordis oculis intuens inmentitatem quae earum perspicit  
ens stupore simul & pudore percussus exclamat & dicit.

XXVIII

**O** altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae d̄i quam sunt in-  
scrutabilia iudicia eius. & inuestigabiles uiae eius.

**U**nde & enim humane mentis sensus ista possit opinari ut  
seruata unicuique arbitrii libertate alterius militiae opus  
uerteretur alteri ad salutem & uicenti semel alia palma  
conferretur quae utentis perniciem praebet. His igitur  
generaliter quantum uideatur apostolus ratione perspectis  
exclamat & dicit. Quia tanta altitudo est diuitiarum d̄i  
& sapientiae eius. tanta est altitudo & scientiae nihil ho-  
minis. tanta est altitudo. Ad omnia enim haec altitudi-  
nis sermo deseruit. ut scrutari iudicia eius quibus unam  
quamque animam atque omnem naturam rationabilem  
dispensat. Nemo sufficiat nec uias d̄i quibus providentia  
eius incedit inuestigare aliquis possit. Aliquis autem dica-  
mus non solum hominum sed & totius creaturae.

**N**eq̄ enim inscrutabilia iudicia & inuestigabiles uiae dicerentur  
nisi quia nulla est creatura quae uel inuestigare uel eam  
scrutari, solus est enim filius qui nouerit patrem. & solus  
est sp̄s sc̄s qui scrutatur omnia & iam altitudo d̄i. & ideo hanc

altitudinem di quam & inscrutabilem dicit & inu-  
 bile creaturae omnia inscrutabile & inuestigabile dicit.

De filio uero & spūco dicere ista non poterat quia filius in euange-  
 lio dicit ad patrem pater omnia mea tua & tua mea &  
 de spūco ipse paulus pronuntiat dicens. Nemo enim scit  
 hominum quae sint hominis nisi spū hominis qui in ipso est  
 ita & quae in deo sunt nemo cognouit nisi spū di. Vides ergo  
 quod paulus in praesenti capitulo in his quae dicit. Quis enim  
 cognouit sensum dñi. aut quis illi consiliarius fuit. De cre-  
 aturis dicit. Naturam uero trinitatis excipiat quippe cui  
 nihil sit cum creatura commune nisi beneficentiae opus  
 sed & quod ait. Quis illi consiliarius fuit. Non quasi mi-  
 nus ipse sufficiens consilio indigeret alterius. sed consili-  
 participem nullum quidem inter creaturas esse pronun-  
 tiat. Consilium uero sapienti necessario in sapientia sua  
 est qui est xps & in scitate qui est spū scs. Similia autem  
 modo & quis prior dedit ei & retribuit ei. Intellegen-  
 dum est. nemo enim aliquid factori suo prior contulit  
 quippe cum & iam hoc ipsum. quod est unusquisq; suscepit.  
 Quoniam & ipso & per ipsum & in ipso omnia. Uides quomo-  
 do in ultimis ostendit quod in omnibus quae supra dixit.  
 segregauerit mysterium trinitatis sicut enim in prae-  
 senti loco quod ait. quoniam & ipso & per ipsum & in  
 ipso omnia. Conuenit illis dicitis quidem apostolus in  
 aliis memorat locis cum dicit. Unus dñs pater & quo  
 omnia & unus dñs. noster ih̄s xps per quem om-  
 nia. & item in spū dicit. reuelari omnia & per haec

in omnibus esse prouidentiam trinitatis ita & cum dicitur  
latitudo diuitiarum patrum. ex quo dicitur esse. significat  
sapientiae altitudinem xpm. quae est sapientia eius.  
ostendit essentiae altitudinem sanctum spm. quae  
tam altitudi nouit declarare. Uerum tamen quod  
dicitur ex ipso hoc ipsum quod sumus indicat ipsum  
autem quod per eius prouidentiam dispensatur.  
inuita in ipso uero quod perfectio omnium & finis  
in ipso erit tunc cum uenerit illis omnia in omnibus &  
tunc ipsi gloria in secula amen. In seculo propter  
hoc quod perfectio omnium non intra unum secu-  
lum concluditur sed in multa precenditur &  
ui aliquando adimplenda speratur. iungit autem  
& amen ut intellegamus per illum ad istum beatitudi-  
nem ueniendum de quo scriptum est. in apo-  
calypsi haec dicit quae est amen.

## EXPLI LIB. VIII. INC. LIB. VIII.

**Q**uoniam in omnem textum epistulae in super-  
ioribus docuisset apostolus quomodo ui-  
deat ad gentes ac circumcisiones ad fidem  
in terra ad spm. ab umbra ad ueritatem ab obseruantia  
carnali. ad obseruantiam spiritalem religionis sum-  
matrans lata sit. et haec futura propheticis. osten-  
ditur & uocibus designata iam nunc spiritualis huius  
obseruantiae ad quam cultus diuinitatis docuit esse  
trecens latum. adgreditur mores. et statuta sancire

xi

aliqua



& ait. obsecro itaq; uos fratres per misericordiam  
 ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sc̄am dō  
 placentem rationabile obsequium uestrum & nolite  
 confirmari huic seculo sed reformamini renouatione  
 sensus uestri ut probetis quae sit uoluntas dī bona &  
 beneplacita & perfecta. Quoniam inquit ostendimus  
 a sacrificiis carnalibus recedendum secundum quod & pro  
 pheta dicit. Hostias & oblationem noluit nec placita  
 sunt tibi. Nunc autē doceo uos quibus hostis delectetur  
 dī & haec doceo non quasi imperans. nihil enim profecit  
 Legis imperium. sed quasi qui officium susciperim recon  
 ciliando uos dō. Obsecro uos fratres & obsecro non per po  
 tentiam sed per misericordiam dī quia enim sicut supra  
 ostendimus nos conclusi sumus sub peccato. nunc iam non in me  
 ritis sed in misericordia salus humana consistit. Quid autē  
 est quod uos obsecro exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem  
 sc̄am placentem dō ut sit rationabile obsequium uestrum.  
 Obsequium hic cultum dicitur qui cultus dudum quoniam  
 in pecodum mutorum corporibus consistebat. nunc inquit  
 in corpore rationalis hominis referatur. & corpora magis  
 uestra quam pecodum fiat sacrificium atq; in sacris  
 altaribus conlocentur. hi enim qui membra sua morti  
 ficant. ab inuentiuo libidinis & furoris & actus corporis  
 sui dō placitos habent. hostiam uiuentem sc̄am placentem  
 dō rationabiliter offerunt & legem sacrificiorum quae  
 in leuitico lata est secundum spiritalem intelligentiam  
 complent. uerbi causa ut ibi offerant uitulum primo.

secundo uel secundo arietem aut tertio hircum aut quarto  
t. ures. uel etiam pullos columbarum ut his uniuscuiusq; ani  
ma purificatur pro qualitate gestorum haec nunc in suo  
corpore unusquisq; purificans & spiritali sensu discernens ratio  
nabili obsequio hostiam uiuentem obtulit do. de quibus singu  
liscum in librum leuitici aliqua diceremus prouerbis expla  
nare. temptauimus quomodo unusquisq; rationabili obse  
quo cultus di. si superbiam corporis sui uincat. immolet  
uitulum. si iracundiam superet. arietem iugulet. si libi  
dinem uincat holocaustum offerat hircum. si uagos & lu  
bricos cogitationum reseret. uolatus columbes & turtures  
immolauerit. sed haec ut dixi quis scire dignum putat  
ibi latius disserta repperiet. nunc autem paulus obsecrat  
credentes in xpo ut corpora sua exhibeant ~~adhibeant~~ hos  
tiam uiuentem scam placentem do. Uiuentem dicit  
hostiam quae uitam hoc est xpm insegerit & dicit  
mortem ihu in corpore uestro circum ferimus ut & uita  
ihuxpi manifestetur in corpore nostro. Scam dicit  
in qua scs sps habitat secundum quod in alio loco dixit  
Aut nescitis quia templum di estis & sps di habitat in uobis  
placentem do. ut pute a peccatis & uitis separatum.  
Haec autem omnia rationabilis cultus est di. potest enim p  
tali cultu reddi ratio & ostendi quia dignum est do tales  
hostias immolare. Arietes autem & hircos & uitulos in  
mortali & incorporeo do offerri. nulla ratio recta & honesta  
suscipiet. Haec ergo ita facere & ita colere dm eos qui xpo  
crediderunt. non solum docet paulus sed & obsecrat per

misericordiam dī ut ostendat per hāc humano generi  
 proclue est ad delicta huiusmodi hostias dī miserationi  
 prouisas. quibus si unquam lapsus acciderit per rationabile  
 obsequium & hostias eomodo quo supra diximus immola-  
 tas reparari possit anima ac restitua ad salutem. quod  
 autem multae sint misericordiae dī designat paulus & in  
 secunda ad corinthios dicens. Benedictus dī & pater dñi  
 ihū xpī pater misericordiarum. Audis dñm sicut xpī pater  
 est & sapientiae pater est & iustitiae pater est quae  
 omnia xp̄s est. Ita esse misericordiarum patrem. ergo  
 xp̄s sicut cetera omnia est & misericordiae. Ipse est  
 misericordiae multae non una. hoc est sicut thesauri sapi-  
 entiae & scientiae in ipso sunt. sed sunt absconditi. ita &  
 misericordiarum thesaurus in ipso est sed absconditus est  
 ne forte si ad subitum & ante tempus proferatur  
 faciat me & si qui mihi in desidia similis esse uoluerit  
 neglegentem. Videbitur ergo praecipuae hostia uiuens  
 & sc̄a & dō placens corpus esse incontaminatum uerum  
 quoniam uidemus non nullos sc̄orum aliquos & iam apos-  
 tolorum habuisse coniugia non usquequaq. possumus  
 hoc de sola uirginitate sentire. quamuis in huiusmodi  
 hostiis habere. primum ordinem possit sicut & in lege  
 alia erat hostia sacerdotis alia principis alia sinagogae  
 & alia unius animae. & quamuis in ecclesia prima  
 post apostolos hostia martyrum. secundum uirginum  
 uideatur. Tertia continentium. puto tamen quod  
 nec mihi qui in coniugiis positus sunt. & ex consensu ad

uocant orationi uelut nazareorum uota soluenter  
uocant scilicet & iuste negandi sunt corpora sua ex  
hibere posse hostiam uiuentem sciam placentem do.  
nec rursus corpora uirginum uel continentum si  
aut superbiae macula aut auaritia sordibus aut  
linguae maledicae uel mendacii inmundicia polluantur.  
Hostiam sciam & do placentem putandi sunt ex sola uirgi  
nitate corporis obtulisse quia & in lege hostia cum offer  
retur inspiciebatur a sacerdote diligentius non solum  
si ex mundis esset animalibus sed ne aut oculo habere uul  
tum aut in auribus aut in pedibus ne claudum ne lus  
cum ne uulsum animal diuino ammouere tur altari.  
Sic ergo per omnia membra discutitur & per tractatur  
hostia uiuens scia do placens quae rationabiliter offeren  
da est. & nolite confirmari huic saeculo sed reformamini  
in renouatione sensus uestri ut probetis quae sit uolun  
tas di quod bonum & beneplacitum & perfectum  
Sciendum est quod in graeco habet ut probetis quia est uo  
luntas di bona et beneplacita et perfecta sed nos sig  
namus quidem quae sit in graeco consuetudinem tam  
sequimur latinorum nolite ergo inquit confirmari  
huic saeculo in quo ostendit esse quandam formam  
huius saeculi & aliam esse saeculi futuri & si qui sunt  
qui amant praesens saeculum & ea quae sunt in hoc  
mundo saecundum formam saeculi praesentis aptantur.  
Qui uero non respiciunt ea quae uidentur sed quae non  
uidentur & aeterna sunt transformantur & reno

uantur ad futuri saeculi formam & inde fit ut eos  
 noscat hic mundus sed odio habeat & persequatur sed ag  
 cunt ipsam formam angelici quibus de illo seculo uentur  
 ut simile mihi uidetur esse hoc illi dicto quo ait sicut por  
 tauimus imaginem terreni portemus & imaginem cae  
 lestis. Unde ergo ne forte cum uenit ira in cor tuum con  
 formem te faciat huic saeculo. similiter autem & concu  
 piscencia mala & auaritia ceteraq; uitia quibus praesens  
 saeculum delectatur formam tibi saeculi praesentis in po  
 nant si uero e contrario mansuetudo patientia lenitas  
 continentia fides ueritas ceteraq; uirtutes habitent  
 in sensu tuo conformem te futuri saeculi faciunt &  
 ita pulchram animae tuae speciem reddent ut uer  
 bum dei quod disponit eam sibi in misericordia & fide  
 dicat ad eam tota forma sua proxima mea & macula  
 non est in te. Intende autem diligentius quod ait  
 Sed reformamini renouatione sensus uestri. Ut  
 ostendat quia formam quidem culpabilem prius  
 formam malitiae habuit omnis anima sed adhorta  
 tur ad hoc sermo apostolicum ut illa abiecta ad singu  
 larum uirtutum speciem reformemur. & ita de  
 mum possumus reuelato uultu cordis gloriam  
 dñi speculari ab huiusmodi imagine transformati.  
 Quomodo autem in haec transformemur ipse edocet  
 dicens renouatione sensus uestri renouatur autem  
 sensus noster per exercitia sapientiae & meditatio  
 nem uerbi dei & legis eius intelligentiam spiritalem.

quis cotidie & scripturarum proficit lectionem  
tanto altius intellectus eius accedit tanto semper  
nouus & cotidie nouus efficitur. Nescio autem si renoua  
ri potest sensus qui piger est erga scripturas diuinas &  
intellegentiae spiritalis & certicia quibus possit non solum  
intellegere quae scriptae sunt uerum et explicare aper  
tius et manifestare diligentius. Potest tamen fieri  
ut non omnis sensus in hoc possit renouari ut agnitione sci  
entiae dilateur. Potest tamen renouari sensus ad ius  
titiam potest renouari ad continentiam ad misericor  
diam fidem patientiam. sed uide quid in sequenti  
bus huic renouationi sensus adiungat apostolus.  
Ut probe is quae sit uoluntas dei quod bonum & bene placi  
tum & perfectum. Et utique nisi ad omnem scientiam  
renouatus sit sensus & ita di sapientia in luminatus pro  
bare non potest quae sit uoluntas dei. In multis enim  
putatur esse uoluntas dei & non est in quo is utique qui sen  
sem non habet renouatum errat et fallitur. Est aut  
reuera non cuiuscumque sensus sed ualde renouati &  
uiuat dicam iam addi imaginem reformati probare  
in singulis quae agimus quae loquimur quae cogita  
mus si sit uoluntas dei & nihil omnino uel agere uel  
dicere uel cogitare quod uoluntati dei non senserit  
conuenire. Quae sit inquit uoluntas dei quod bonum  
& bene placitum & perfectum. Si secundum hoc lega  
mus quod in latinis codicibus inuenimus hic est sen  
sus quia uoluntas dei est quidquid bonum & bene placi

tum & perfectum est. nec potest alibi uelle dī nū-  
 num est. & utiq; quod bonum est & perfectum sine dū,  
 hoc dō placeat. Si uero secundum hoc quod diximus apud  
 graecos haberi id est ut probetis quae sit uoluntas dī bona  
 & bene placita et perfecta. Potest tale aliquid in his ser-  
 monibus sentiri quia dī quidem uoluntas semper bona est  
 sed non semper bona eius uoluntate dispensari meremur.  
 neq; bene placita & perfecta uerbicausa ut iungeretur  
 saul in rege fuit quidem uoluntas dī sed non bene placita  
 neq; perfecta irascens enim populo qui refuta uerat dīm  
 habere super se regem eis hominem iussit institui. sed &  
 propheta ex persona dī dicit. Dimisi eos secundum desi-  
 deria cordis eorum ut irent in cupiditatibus suis.  
**S**i ergo aliquando fit uoluntas dī in his in quibus concupiscimur  
 & desideramus sed renouatus est sensus probare debet si uo-  
 luntas dī haec bona & bene placita & perfecta & non ta-  
 lis quae magis desideris nostris indulgeat quam utilita-  
 tibus consulat. sed iam ad sequentiam conuertamur.

**D**ico enim per gratiam quae data est mihi omnibus qui sunt  
 inter uos non plus sapere quam oportet sapere sed sape-  
 re ad sobrietatem. unicuiq; sicut diuisit dī mensuram  
 fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habentur.  
 membra autem omnia non eundem actum habent.  
 ita multi unum corpus sumus in xpō. singuli autem  
 alter alterius membra. Sciendum primo est quod  
 ubi nos habemus omnibus qui sunt inter uos in graeco  
 habetur omni qui est inter uos qui sermo utiq; ad eos

uerbum fieri qui cum ante non fuerint nunquam  
aperunt. dicit enim ut idem apostolus ait uocat quae  
non sunt tamquam quae sunt. Non sunt autem hi  
qui participes eius non sunt qui uere est. quid dixit ad  
moysen dic filius israhel qui est misit me ad uos.

Quod ergo ait paulus dico enim omnibus qui sunt inter  
uos uel ut in graecis haberi diximus omni quae est in uobis  
simile est ac si diceret dico enim omni qui in deo est. Non  
plus sapere quam oportet sapere. Uerum tamen  
uidendum est quia paulus. sicut & in alius dicit. non  
in sua foris sapientiae carnalis uerbis. sed per gratiam  
quae sibi data est loquitur. Est enim multa diffe-  
rentia per gratiam loquentis & per humanam sapi-  
entiam. Denique & rebus ipsis saepe conperitur est non  
nullos eloquentes & eruditos uiros non solum in sermone  
sed & in sensibus praeposcentes cum multa in ecclesiis  
dixerint et ingentem plausum laudis acciperint.

Non enim tamen auditorum ex his quae dicta sunt conpunc-  
tionem cordis accipere nec proficere ad fidem nec ad timo-  
rem dei ex recordatione eorum quae dicta sunt incita-  
ri sed sua uitate quadam & dilectione sola auribus cap-  
ta disceditur. sepe autem uiros non magnae loquentiae  
nec compositionis sermonis studentes uerbis simplicibus &  
incompositis multos infidelium conuertere ad fidem  
superbos indinare ad humilitatem peccantibus stimulum  
conuersionis inferre & utique signum est. sicut in praesenti  
apostolus dicit per gratiam loqui quae data est ei.



Ego autem puto non solum in uerbis ecclesiam docere  
 ad se gratiam sitalis sit sermo qualem supra diximus  
 quia auditorem non tam dilaxet quam stimulet et  
 ad profectum aliquem uirtutis adducat sed et in om-  
 nibus fere quae aguntur in uita ita esse deprehendes.  
 Est enim aliquis qui et quod agit et quod loquitur habet  
 gratiam. & alius qui interdum et prudenter loquitur  
 et diligentius ac laboriosius agit. neq; in uerbis suis neq;  
 in gestis inuenit gratiam. Deniq; sicut et in alius iam  
 diximus scriptum est. quia et ioseph inuenit gratiam  
 in conspectu principis carceris. Et hester inuenit  
 gratiam apud regem. Repperimus autem nos in  
 quodam secretiore libello scriptum quasi angelum  
 quendam esse gratiae qui etiam uocabulum ex gratia  
 traheret. Anahel enim dicitur quod est interpreta-  
 tum gratia di. Hoc ergo scriptura illa continebat quod  
 missus esset ad o. iste angelus ad hester ut ei gratiam  
 daret apud regem. Sic ergo alia uirtus est sermonis  
 qui per gratiam dicitur. & alia doctrinae potestas.  
 Alius autem sermo est ex eruditione communis qui  
 quamuis lauitus sit et arte compositus. Tamen si non  
 per gratiam uel dicitur uel scribitur delectare  
 fortassis possit legentem adducere tamen ad perfec-  
 tum. non potest auditorem. Paulus igitur non so-  
 lum ipse quae dicit per gratiam dicit. sed et auditoribus  
 suis precatur gratiam dari. et non solum gratiam  
 sed et multitudinem gratiae. sic enim scribit.

gratia multiplicetur et in omnibus aepistolis suis dicit  
gratia uobis et pax. sed uideamus quid est quod per grati  
am quae data est sibi apostolus dicit omnibus qui sunt inter  
romanos non plus sapere inquit quam oportet sapere  
sed sapere ad sobrietatem. Videtur adhuc ad superbientes  
ramos oleasteri et insultantes raminis qui de bona oliua de  
fracti sunt. Etiam hunc aptare sermonem et dicere eis  
non debere plus sapere quam oportet sapere. Quod  
simile est illi sermoni quem dixit. Noli superbae sapere.  
hoc est in enim plus sapere quam oportet. Sciendum ta  
men est quod et ceteri heruditi uirtutibus hac defini  
tione ut naturam uel causam peccati in eo ponat. sicut  
addatur aliquid uirtutibus aut minuatur. uerbi gratia  
iustitia uirtus est. & si qui minus aliquid facit quam  
iustitia patitur. sine dubio iniustus est. Siqui uero sub  
specie iustitiae erga uindictas iniustus fiat et se uis agit  
et ultiones incredulitatem ex iustitia inuolutus est.  
unde et salomon dicit. Nolite fieri iustus multum.  
Similiter et libertas si in temperantiam suam sit uirtus  
est. si minus habeat formidum si amplius temeritas nomi  
natur. parimodo & prudentia si in sua mensura sit uirtus  
est. si minus habeat imprudentiam si plus quam oportet  
malitia appellatur. In <sup>de</sup>puto quod et serpens in parady  
so prudentior dicitur sit ceteris bestis. hoc est mensuram  
excedens prudentiae & in partes malitiae prolapsus.  
Inde et filii huius saeculi prudentiores dicuntur quam  
filii lucis. & plus enim sapiunt quam oportet sapere.

Et sic in singulis quibusque uir uirtutibus potest aliquid plus  
 re quam oportet sapere. ut sunt illi qui attendunt spiri-  
 tibus sed doctoribus et doctrinis demoniorum in ypocrisi  
 falso loquentium cauteria tam habentes conscientiam  
 suam prohibentium nubere et abstinere se acibus quod  
 deus creauit. Isti plus sapiunt de castitate quam oportet  
 sapere. Minus autem sapit quam oportet luxuriosus  
 et incestus. Ego autem dico quod et heretici plus sapiunt  
 de christo quam oportet sapere qui negant eum dei creatoris  
 esse filium. sed alterius nescio cuius melioris dei. sed et illi  
 plus de christo sapiunt quam oportet sapere qui negant  
 eum in carne uenisse et natum esse ex uirgine sed  
 caeleste ei corpus adsignant. In his omnibus paulus nos  
 uult non plus sapere quam oportet sapere sed sapere  
 ad sobrietatem. Quod in graeco dicitur *sōfrosinē* in nostris  
 autem codicibus hoc est in scripturis diuinis sobrietas  
 a maioribus interpretatum est. Ab aliis tamen eruditis  
 uiris temperantia una ex quatuor generibus uir-  
 tutibus habetur. et in hoc ergo loco melius apostoli dicta  
 lucerent. si haberemus & nos scriptum secundum  
 graecum sermonem uirtutem. sed sapere ad temperantiam  
 hoc est ut in omnibus uel quae agimus uel quae loqui-  
 mur uel sentimus. temperantiam teneamus.  
 In his enim quae supra enumerauimus neque amplius  
 neque minus fieri debere modum seruare nouit sola  
 temperantia. Post haec ait. unicuique sicut diuisit deus  
 mensuram fidei. Hoc est ut sciat unusquisque et intelle-

in eo sit mensura gratiae dei quam consequi meruit  
per fidem. Interdum enim accipit quis a deo ut sapiat in  
opere caritatis aut ut fiat in officio uisitandi aut erga  
misericordias pauperum aut circa debiliu[m] curam  
aut erga uiduarum et pupillarum defensionem aut  
erga hospitalitatis sollicitudinem. Haec ergo singu-  
la diuisit deus unicuique secundum mensuram fidei.

Sed si quis accepit gratiam de uno aliquo horum saperet  
non intellegat mensuram gratiae sibi datae sed uelit  
sapere de sapientia dei de uerbo doctrinae de profundioris  
scientiae rationem in quo gratiam non accepit et non tam  
discere uelit quam docere quae nescit iste cum minus  
sapiat plus uult sapere quam oportet. Non enim sapit ad  
temperantiam ut custodiat unicuique sicut diuisit deus men-  
suram fidei. uerum ut euidenti[us] adhuc de his aposto-  
lus designaret introducit exemplum et dicit.

Qu

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus  
membra autem omnia non eundem actum habent  
ita multi unum corpus sumus in christo singuli autem  
alter alterius membra. Ordinatis sime per haec con-  
ponens omne corpus ecclesiae. ut sicut membra corpo-  
ris singula quaeque proprios habent actus & officia suis  
unum quod quae deserunt. Hec tamen possibile est  
ut non consensum ut uos ibi inuicem cedant. Ita inquit  
& in ecclesia quae est corpus christi diuersos singuli ha-  
bemus actus uerbi gratia alius omne studium erga  
sapientiam dei & doctrinam uerbi adhibet et in me-

ditacione legis diuinae die ac nocte persistit. Et  
 huius corporis oculus. alius ut supradiximus erga minus  
 rium fratrum & indigentium curam. et est scilicet huius cor  
 poris manus. alius studiosus auditor est uerbi et auris  
 est corporis. alius ad uisendos decumbentes & requiren  
 dos tribulantes & positos in necessitatibus eruendos  
 est impiger. qui pes sine dubio ecclesiastici corporis appellatur.

Et ita inuenies unumquemque propensius erga unum aliquod  
 officium & specialius operam dare cetera uero sequentia  
 habere. neque enim hoc dicimus quod unum sufficere debeat  
 secundum formam propositi exempli. sicut uerbi gratia ocu  
 lus speciale officium habet ut uideat. unum tamen est  
 ex omnibus et in omnibus membris et cum singulis agit  
 omnia. Ita et qui per gratiam fidei unum aliquod do  
 num speciale meruerit illud quidem principaliter  
 administrat. in omnibus uero actibus socius cum ceteris  
 habetur & particeps. Quomodo autem corpus istud in xpo  
 sit. id est in ueritate et sapientia et iustitia et sanctificatio  
 ne quae omnia xps est sepe iam diximus. Iam uero si in hoc  
 corpore uerbi gratia aut sit aliquis oculus quod est in cor  
 pore toto nobilius uel manus quod sequentia loco haberi  
 potest. aut auris aut lingua aut cetera quaeque quae  
 uidentur honestiora esse & rursus ut sit aliquod aliud  
 membrum ex his quae uidentur inhonestiora esse se ipse  
 aliquid causae prestiterit. an diuoluntate absque ullis om  
 nino causis ille illud uel ille illud constitutus sit mem  
 brum supra nostram esse intelligentiam. Puto ue

et cum pro singulis  
 queque agunt  
 omnia.

hi qui naturas diuersas adferunt animarum et  
uersis conditoribus instutas locum confirmandi dog-  
matis sui inuenire uideantur ea quae nobis in superioribus  
de uasis honoris & uasis contumeliae disseruasunt & iam  
praesenti sufficiat loco numquam enim concedendum  
est ut siue in praesenti siue in praeteritis siue & iam in futu-  
ris saeculis non ita unum quemque dispenset diuina pro-  
uidencia aut non unius cuiusque meritum arbitri liber-  
tate collectum materiam praebuerit dispensandi. Iustus  
est enim deus & iniustitia non est apud eum. Habentes  
enim dona secundum gratiam quae data est nobis diffe-  
rentia siue prophetiam secundum rationem fidei siue  
ministerium in ministrando siue quid docet in doctrina  
qui exortatur in exhortando qui tribuit in simplicitate  
qui praest in sollicitudine qui miseretur in hilaritate.  
**C**um dixisset singulos quosque credentium membra esse  
unius corporis christi. Hunc quasi diuersorum membrorum  
diuersitate operis enumerat et uerbicausa uelut oculo ui-  
sum itamenti quae est interior oculus prophetiae adsignat  
officium & alii tamquam manu ministerium adscribit  
& alii tamquam lingua doctrinam tribuit. Similiter  
& iam caetera illud quoque quod nobis in superioribus am-  
biguum uidebatur absoluit ubi quaerebamus utrum  
unum quodque membrorum ad honesta uel minus honesta  
corporis officia aliquid ex causae probando uenerit.  
An nullis ex causis soladi uoluntate honestum uel mi-  
nus honestum esse membrum unusquisque delictus sit.

Quod ergo ibi nobis minus clarum fuit hic apostolus  
 aperuit dicens. Siue prophetiam siue ministerium  
 siue reliqua dona gratiarum secundum rationem  
 fidei dari quamuis sermo iste hoc est secundum  
 rationem fidei apud Latinos minus propriae trans-  
 latus uideatur analogia enim in Graeco non tam  
 ratio quam mensura competens dici potest. Ut quia  
 uno non potest duobus sermonibus explicari. Se-  
 cundum mensuram ergo fidei unius cuiusque diuersitates  
 dari pronuntiat gratiarum. Ut uerbicausa accepta  
 quis gratia illud uel illud membrorum in xpi corpore  
 fiat. & hic quidem mensuram fieri causam capien-  
 darum posuit gratiarum. Ad Corinthios uero scribens  
 ait. unicuique autem datur manifestatio sps ad id  
 quod expedit & post pauca addit. omnia autem  
 operatur unus atque idem sps diuidens unicuique pro  
 ut uult. Unde mihi uideatur tam ad Romanos quam  
 ad Corinthios scribens tres capiende gratiae modos  
 ducere. ut ex nobis in eo agit aliquid ostendat plu-  
 rimum tamen in diuulgatione consistere. ponit  
 ergo & mensuram fidei esse per quam quis gratiam  
 capit. ponit & ad id quod expedit dari & spm diuidere  
 pro ut uult. ut ergo tanta in nobis fides inueniatur  
 quanta possit sublimiorem gratiam promereri nri  
 operis uideatur & studii ut autem ad id detur quod  
 expedit & utale sit accipienti diuulgationem est uel  
 omni nos dari uelit in ipso est. Ideo & in alius

apostolus dicit. Nunc autem dī posuit in corpore  
in quodq; membrum prout uoluit. Uoluit autem  
dī secundum rationem uel mensuram fidei quae in nobis est  
uel uoluit ad id quod expedit. nisi forte ita aliquis & hoc uelit  
intellegre dī posuit in corpore in quodq; membrum  
ut uoluit. ut uoluit ad membrum magis referatur. hoc ē  
pro ut uoluit. prout elegit. prout operam dedit. ne uideatur  
de homine arbitrii potestas auferri. Uerum tamen ex  
hoc quod dicit dari gratiam ad id quod expedit potest fieri  
ut & si sit in aliquo mensura fidei tanta quae excelsiorem  
gratiam mereatur accipere si scilicet spūs futura prospiciens  
expedire accipienti non iudicet necessario diuideri  
cuiq; prout uult expedit. Deniq; nonnullos uideamus  
gratiam accepisse doctrinae uel exortationis ad plebem  
& ex ipso elatos atq; in superbiam uersos in iudicium ince-  
disse diaboli. alios accepisse quidem gratiam sed negligen-  
tia animi et uitae desidia corrupisse. Unde & ait ille  
qui acceptum denarium in sudario conlegauit nec operari  
ex eo aliquid uoluit. Propterea deniq; & apostolus scri-  
bit ad carissimum sibi filium dicens. Noli neglegere  
gratiam quae in te est. Tamquam sciens posse gratiam  
per negligentiam deperire. Quod autem dixit secun-  
dum rationem uel mensuram fidei. puto iam plene in  
superioribus expositum. quae sit fides quae a nobis requi-  
ratur. Et quae sit quae a dō per gratiam datur. secundum  
hoc quod idem apostolus dicit. Nil fides in eodem spū  
& item alibi apostoli ad dñm dicunt. auge nobis fidem.



Quod fides quidem quae speret et credat et  
 ratione confidat. in nobis est rationem fidei ipsius et  
 et perfectus eorum quae credimus intellectus donatur a  
 deo. Sed & illud in loco non omittimus quod uideatur  
 secretioris esse mysterii. Si enim in praesenti dat deus gratiam  
 saeculo unicuique secundum mensuram fidei sine dubio et in  
 futuro dabit unicuique gratiam pro mensura meritorum.

Et in praesenti saeculo talis est dei dispensatio et talis erit etiam  
 in futuro. Quomodo non et in praeteritis saeculis quae  
 fuerunt antea nos similis dei dispensatio erga omnem ratio  
 nabilem creaturam fuisse credatur. Sed uideamus quae  
 sint dona quae enumerat secundum gratiam data prophe  
 tia inquit & ministerium et doctrinae et exortatio sed  
 tribuere hoc est praestare et praeesse et misereri his iungit  
 & caritatem & cetera de quibus dicit fortasse aliquis si  
 haec omnia per gratiam dantur non erit in culpa si qui non  
 propheta et aut non minister & aut non doceat. aut non  
 exhortetur. aut non tribuat. aut non praesit. aut non  
 misereatur. aut non diligat. Qui horum omnium gratiam  
 non accipit. sed ad haec dicemus sicut est fides quam docuimus  
 esse in nobis. et rursus est fides quae per gratiam datur  
 sicut supra diximus. scriptum est, Alii fides in eodem spiritu  
 ita etiam in uno quoque horum quae enumerauimus a deo  
 per gratiam dari. Est et in nobis aliquid ad cuius unusquisque  
 mensuram uel rationem gratiam promeretur. Neque  
 enim de sola sapientia accipiendum est illud quod scriptum est,  
 Quia et si sit aliquis perfectus in filiis hominum si desit ei sapi

te est ad nihilum reputabitur. Eodem naq[ue]  
possimus dicere & iam si sit aliquis perfectus in  
fide & in filiis hominum si desit ei fides quae ex tua gra-  
tia est in nihilum reputabitur. Ita & si perfectus sit in  
ministerio quis si desit ei ad d[omi]ni ministerii gratia ad nihilum  
reputabitur. Ita & si perfectus sit in doctrina quis & desit  
ei doctrinae gratia quae ex d[omi]no est in nihilum reputabitur.  
& ita in omnibus his quae numerata sunt est quaedam  
perfectio inter filios hominum quam labore & studio  
propriis adsequuntur. siue in sapientia siue in doctrina  
siue in alius officiis quae tamen si non habeant ad d[omi]ni gra-  
tiam datam nihil erunt quia si desit ei gratia sp[iritus] nec  
membra esse xp[isti] corporis possunt sed in his queritur  
si potest esse aliqua in nobis uel ex nobis prophetae species  
quae non totum habent ex d[omi]no sed aliquantulum & iam  
& humanis studiis capiat. Hoc quidem apud ceteros  
ualde impossibile uidebitur apud paulum euidenter tam  
probatur dicentem. Aemulamini autem dona maiora  
magis autem u[er]ba prophetis. In quo sicut aemulatur quis  
ministerium & doctrinam & exhortationem & cetera  
per hoc quod habet haec erga studium hac laborem ita et erga  
proficiam fieri debere ostendit apostolus unde propheta  
intellegenda est haec quam docet paulus non illa esse per  
quam dicitur haec dicit d[omi]n[us] illa enim usq[ue] ad iohannem  
fecit secundum quod in euangelio scriptum est. Lex  
& prophetae usq[ue] ad iohannem. Sed illa de qua idem a-  
postolus ait. Qui prophetae hominibus loquitur ac d[omi]ni

cationem et consolationem. Prophecia ergo  
 paulum cum quis loquitur hominibus ad aedificationem  
 cum loquitur ad exhortationem & ad consolationem.

Et ideo adhibere studium ad huiusmodi propheciam possibile  
 nobis est. et est in nostra potestate ut nobis in haec opera  
 dantibus secundum rationem uel mensuram fidei quae haec  
 facimus. addatur & illa quae ex dō est prophecia. Est  
 autem secundum apostolum etiam alia species propheciae  
 quam dicit. Si uero prophetas intret autem quis infidelis  
 aut idiota arguitur ab omnibus diiudicatur ab omnibus.  
 occulta quoque cordis eius manifesta fiunt et tunc cadens  
 in faciem pronuntiabit quia uere dī in uobis est. Sicut  
 enim sp̄s omnia scrutatur ita et uerbum dī omnia etiam  
 quae in occulto sunt per scrutatur. Maxime uerbum  
 uiuens sit et efficax et penetrabilius omni gladio utriusque  
 acuto penetrans usque ad diuisionem animae ac sp̄s compagum  
 quoque ac medullarum. Etenim cum moralis in aedlesia  
 sermo tractatur tunc unius cuiusque intra semetipsum consci  
 entia stimulat. recognoscentis ex his quae dicuntur  
 propria peccata & recordantis si quis forte in occulto com  
 miserit interdum autem et aestimatio ipsa prudentium  
 uel ex uultu uel ex moribus uel ex motu unius cuiusque colli  
 gentium propheciae speciem tenet. Haec nobis de pro  
 phetiae dicta sunt post haec sequitur. Si uel ministeriū  
 in ministrando. Possumus haec omnia ad illam regulam  
 reuocare quae superius dicta est hoc est non plus sapere  
 quam oportet sapere. et uerbicausa dicamus non debere

erat in ministrando plus sapere quam oportet sa-  
pere. & qui docet in doctrina non plus sapere quam oportet sa-  
pere. & qui exhortatur in exhortando non plus sapere quam  
oportet sapere. Multi enim accepto ministerio uel accepta doc-  
trina plus sapuerunt quam oportuit sapere. & elati in terro-  
gantiam uel in delicias resoluti praecipites conuerunt.

Qui exhortatur in exhortando; Exortatio species est doctrinae  
& uerbi quo ad afflictas animas scripturarum diuinarum pru-  
denter aptatis. & in unum collectis sermonibus releuantur.  
accidit enim saepe animae tribulationum nimietate desperatio  
nec facile reperari autrefici quibuscumque uerbis. postquam  
uis polita illa si uere plausibilia si uero sermo habens uirtu-  
tem gratiae fuerit adhibitus tunc. Coreius penetrat.  
et consolationem prebent ac spem reuocat desperatione  
submota secundum illud quod per prophetam dicit dominus.  
Sacerdos loquimini in corde hierusalem. Qui tribuit  
in simplicitate qui praesert in sollicitudine qui miseretur.  
in hilaritate. Qui tribuit & praestat indigentibus. Opor-  
tet inquit. ut in simplicitate cordis hoc faciat. hoc est  
ne uideatur quidem benefacere indigentibus; cor de uero  
laudem querat ab hominibus; non est ergo simplicitas si  
aliud agi uideatur in manibus. & aliud queratur in corde.  
qui uero praesert ecclesiae in sollicitudine esse debet & non  
humanarum causarum nec saecularium rerum. haec  
enim sollicitudo aliena debet esse ab his qui ecclesiae  
praesunt. sed talem recipiat sollicitudinem qualem  
apostolus dicit. Concursum in me cotidianum

sollicitudo omnium & ecclesiarum. quis infirmus  
 & non ego infirmus. quis scandalizatur. & ego non  
 Qui ergo praestit ecclesiis talem habere sollicitudinem  
 debet. & in illam aliam secularem habere omnino non  
 debet. qui miseretur in hilaritate. Videatur fortassis  
 unum ad quidem esse quod supradixit. Qui tribuit  
 in simplicitate. & hic qui miseretur in hilaritate.  
 Sed mihi uidetur unum fortasse opus esse non tam  
 et operis ipsius unus affectus. Aliud enim est dare  
 indigenti et aliud est affectum misericordiae cum  
 indigenti. et aliud est parari. & ideo non uult. in  
 tali opere esse tristitiam. qui enim prorogat pecu-  
 niam suam infidelis sit et recepturum sedet. per  
 et necesseario tamquam queam perdidit. contris-  
 tatur. Qui uero cum fide. & spe hoc agit in hilarita-  
 te et leticia agit et ut quod parua hec pro mandato  
 dei expendit ingentes sibi opes caelestium diuitiarum.  
 in super autem. et aeternam conferant uitam.  
 Caritas sine simulatione. ego puto quod dominus  
 caritatem quaenon est secundum deum simulata  
 sit & uera non sit. & enim creator animae deus. id  
 circo ei cum ceteris uirtutibus. & iam affectum cari-  
 tatis. inseruit ut diligat deum. & a quo uult deus.  
 Cum ergo opus hoc in animam dederit caritati  
 quicumque aliud diligerit que com deum. et que deo  
 placent caritatem in eo officinae et simulatae dicen-  
 de est. Sed & si qui proximum suum diligit.

in cum uiderit non commoneat non cor  
simulata caritas ista dicenda est & ideo nihil habe  
re adulatorium nihil fucatum caritas debet sicut & alibi  
idem apostolus dicit Caritas de corde puro & conscientia  
bona & fide non ficta odientes malum adherentes bono.  
Mirum fortas se fit quod inter cetera bona uirtutum assumit  
etiam odium et tanquam necessarium ab apostolo ponitur.  
Unde certum est in esse animae etiam odii affectum est eni  
laudabile odisse uitia odisse peccata nisi enim odio quis ha  
beat uitia non potest amare uel conseruare uirtutes  
uerbi causa si quis pudicitiam custodire proponat non potest  
eam tuto seruare nisi odium quoddam et execrationem  
aduersum impudicitiam sumat difficilis enim et ualde diffi  
cilis est illa continentia ubi desideratur illud a quo abstinetur  
& cupiditas animi solo metu futuri iudicii refrenatur peri  
culosahaec et ualde periculosa sunt nisi secundum consiliu  
apostoli odientes mala et in pacata quodammodo aduersum  
ea odiorum bella per agentes adheremus bono. Obseruandu  
etiam hoc sicut in alius dicit qui adheret dno unus sps est.  
ita et hic dicit adheremus bono sine dubio ut contingat nob  
unum esse cum bono. Caritatem fraternitatis inuicem  
diligentes. Hoc mandatum ut diligamus inuicem sicut  
& ds dilexit nos cum sit primum pro primum primum  
namq; est diligere dnm et inter homines iterum hoc pri  
mum est ut inuicem diligamus. Nescio quomodo quasi  
ultimum et minus necessarium inter homines spernitur  
& odium quod nobis insitum esse diximus ad hoc ut mala

qd

esse odio habeamus praepostero ordine exera  
 et uitia carnis ac peccata diligentes fratres odio habemus  
 Aliter accidit odisse nos quae non oportet<sup>†</sup> fratres ergo iubemur  
 diligere non iudicare. si enim putas aliquem impium esse  
 et ideo eum non iudicas diligendum. Audi quia xps pro  
 impiis mortuus est. aut si quia peccator est frater tuus.  
 Ideo eum non putas diligendum. Audi quia xps ihs in hunc  
 mundum uenit peccatores saluos facere. si uero iustus  
 est multo magis dilectione dignus est. Dns enim diligit  
 iustos. honore inuicem praeuenientes. hoc est quod et  
 dns docuit cum notaret scribas & pharisaeos prima sibi  
 loca in conuiuio uindicantes et doceret ut cum uocatus fu  
 eris tu ad caenam in nouissimo loco recumbas. Sollici  
 tudine non pigri. superius eum qui. prae est in sollicitu  
 dine debere esse commouit. Nunc uero omnibus dat  
 hoc commune mandatum ne qui nostrum audiat ad no  
 serue male et piger. Spu feruentes & hoc ad in pigri  
 & sollicitum spectat. uult enim et nos qui sub lege sps  
 uiuimus nihil remissum nihil tepidum habeamus in  
 nobis sed cum seruore sps uiuit calore fidei cuncta per aga  
 mus. Ono feruentes ille dno seruit qui potest dicere  
 nobis unus dns ihs xps per quem omnia et nos per ipsu  
 nec ultra ei aut libido aut auaritia aut inanis gloria  
 dominatur. scio tamen in nonnullis latinorum  
 exemplaribus habere tempore seruientes quod non  
 mihi uideatur conuenienter in seftum nisi si qui for  
 te ita dictum putet ut in alius idem apostolus ait.

anue est super est ut et qui habent tanquam non ha  
entes sint. uelud illud dictum est. redimentes tempus  
quoniam dies mali sunt. Spe gaudentes in tribulatione  
patientes. Spe gaudet qui non respicit ea quae non uidentur  
sed ea quae non uidentur expectat et quisit quia non sunt  
condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam  
quae reuelabitur in nobis idem ipse et in tribulatione pati  
ens erit. quia tribulatio patientiam operatur. patientia  
probationem probatio spem. si tamen sermonem qui sub  
sequitur impleamus. id est orationi instantes. In quo enim  
non sufficit humana fragilitas. auxilium dei orationibus im  
plorandum est. usibus sanctorum communicantes. Memini in  
latinis exemplaribus magis haberi memoris sanctorum co  
municantes. uerum nos nec consuetudinem turbamus  
nec ueritati praeiudicamus maxime cum utrumque con  
ueniat aedificationi. nam usibus sanctorum honeste & decenti  
non quasi stipem indigentibus praebere sed censum nostrum  
quomodo cum ipsis habere communem et meminisse  
sanctorum siue in collectis sollempnibus. siue pro eo ut exre  
cordatione eorum proficiamus. aptum et conueniens uidetur.

Hospitalitatem sectantes. quam digne hospitalitatis mag  
nificentiam. uno sermone comprehendit dicens enim sec  
tandam esse hospitalitatem. non solum illud ostendit  
ut uenientem ad nos hospitem suscipiamus sed et requi  
ramus & sollicitissimi & sectamur ac perquiramus  
ubique hospites. nec ubi forte in plateis sedeant ne extra ter  
tum iaceant recordare loth. et inuenies quod non illum



hospites sed ipse quaesierit hospites & hoc erat  
 sectari. Benedicite & nolite maledicere. Moralem locum  
 latius apostolus & sequens actus mentem propositum os  
 quoque ipsum discipulorum linguamque componit non uult  
 credentes xpo de ore suo proferre maledictum sed benelo  
 qui bene dicere bene praecari ut ex hoc et boni dñi serui  
 & boni magistri credentes esse discipuli. Sciendum tamē  
 est quem sermo hic benedictionis in scripturis diuersae po  
 situs inuenitur. nam et dñs benedicere uel homines uel  
 cetera quae creuerat inuenitur. & homines uel ceterae  
 creaturae dñm benedicere iubentur. sed dñi quidem benedic  
 tio aliquid muneris semper his qui bene benedicuntur in  
 perit homines uere dñm benedicere pro eo quod est laudare  
 & gratias referre dicuntur. Hic tamen apostolus benedici  
 te et nolite maledicere. Quasi cum prouocamur ab ini  
 micis. uel instigamur iniuriis monet ne pro maledictis  
 maledicta reddamus. sed faciamus quod ipse metipso scri  
 bit ubi dicit. Maledicimur et benedicimus gaudere  
 cum gaudentibus flere cum flentibus. Habenda est etiam  
 in hoc competens & apta distinctio non enim quibuscumque  
 gaudis xpianorum socianda sunt gaudia nec quibus  
 cumque fletibus lacrimae nostrae iungendae sunt. neque  
 enim si uideam gaudere aliquem super quae sunt pecu  
 niae. aut possessionum latitudine. aut secularis hono  
 ris aemulancia congratulari debeo talibus. qui sciam  
 quod huiusmodi gaudia luctus sequetur & lacrimae  
 intantum. & enim non est gaudendum d & alibus



populis suis neinde quidem gaudere concesserit  
quod daemona sibi uidebant esse subiecta sed ait eis. No-  
lite gaudere quoniam daemona uobis subiecta sunt  
sed gaudete inquit quia nomina uestra sunt in libro ui-  
tae. Et nos ergo uideamus ab aliquo tale opus quod  
in caelo scribi dignum sit siue iustitiae opus siue cari-  
tatis siue pacis siue misericordiae. Et ita gestum in  
libro uitae referrimur creatur debemus gaudere de ca-  
libus. Sed et si quem uideamus ab errore conuersum  
& relictis ignorantiae ad lucem ueritatis uenisse remissione  
peccatorum et gratiam scilicet ipsi meruisse debemus gau-  
dere cum talibus. similiter autem flere cum flentibus  
non cum illis qui flent mortuos suos iubemur aut qui  
flent damna saecularia scientes quod huius saeculi tristi-  
tam mortem operatur non sunt ergo lacrimae iungendae  
cum talibus sed cum illis flendum est de quibus dicit dominus  
beati qui flent quoniam ipsi consolabuntur. Siquis flet  
pro peccatis suis si qui post delicta conuertitur ad pen-  
itentiam et errorem suum lacrimis lauat. Siquis etiam  
ingemescit in habitaculo isto positus est ad christum redire  
desiderat et secundum desiderium lacrimarum profusio-  
ne solatur. Iungamus cum talibus lacrimas nostras  
& gemitus sociemus tristitia enim quae secundum  
dominum est salutem stabilem per penitentiam operatur.  
**I**n ipsum inuicem sentientes. Sermo iste non natu-  
ra sui sed interpretatione obscurior factus est hoc enim  
enim quo dicit ut ita de fratre sentiamus ut de nobis

ipsis & ita uelimus proximo sicut et nobis uolumus  
 in euangelio dixit quae uultis ut faciant uobis homines  
 eadem et uos facite illis. Non alta sentientes sed humilibus  
 consentientes. Superbiam per omnia refugiendam docet.  
 hoc enim dicit alta sentire & merito superbia fugienda est.  
 cum scriptura dicit. Quia initium discendi ad deum superbia est.  
**B**ene autem uno sermone institutionem humilitatis exposuit.  
 consentire enim humilibus & amare humiles atque inclinare se  
 ad eos. hoc est consuescere imitari eum quicum in forma di-  
 eus & formam serui suscepit et humiliavit se usque ad mortem.  
**N**olite esse prudentes apud uosmetipsos. Qui sibi ipsi prudens  
 uidetur. hic cum arrogantia stultus est. nec potest ueram  
 discedentiam scire. qui suam stultitiam quasi sapientiam colit.  
**O**emque in superioribus. hanc fuisse incredulitatis causam. lu-  
 daeis ipse paulus docuit. dicens de eis quia ignorantes diuisti-  
 tiam et suam iustitiam quaerentes statuere. iustitiae  
 dei non sunt subiecti. Sic ergo et qui apud semetipsum sa-  
 piens est non potest esse sapiens apud deum. Nulli malum  
 pro malo reddentes. Si malum inferre peccare est & red-  
 dere malum non ut quibusdam uideatur iustum est sed  
 simile peccatum est. aut ut ego arbitror & iam grauius  
 nam ille qui malum prior intulit non sensit malum esse  
 quod faceret. qui autem reddidit malum eo ipso quo ad  
 ulciscendum motus est confessus est se sensitisse malum  
 esse quod reddit. & ideo respiciendum semper est ad eum.  
 qui dixit mihi uindictam ego retribuam dicit dominus.  
**P**ro uidentes bona coram omnibus hominibus. Coram

hominibus prouidet quis bona placeat singulorum  
uitas uel moribus alioquin contrarietur illa apostoli  
ipsius sententia quae dicit . Ego si hominibus placere  
uellem xpi seruus non essem . Sed quia uitae suae et moru  
atq; actum ita tenet libram ut non possit ab ullo hominem  
reprehendi iste bona coram omnibus hominibus prouidet  
sed ethoc aduertamus quomodo non dixit apostolus ut om  
nibus hominibus placeamus sed ut prouideamus bona co  
ram omnibus hominibus hoc est ut agamus nos bona siue illis  
placeant quae bona sunt siue non placeant . Si possibile  
est quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem haben  
tes . Sciens apostolus pacem inter quos pax habetur non  
ex una parte sed ex utraq; constare ne nos alterius animus  
si forte in pacatus euenerit ab uno pacis impedere uideatur  
moderatis simum dedit praeceptum ut inter unum nostrum  
animus semper sit paratus ad pacem & discordie culpam  
non paenes nos sed paenes alterum constet . Sed fortasse  
dicat aliquis quomodo potest fieri ut pacem cum omnibus  
hominibus pacem habemus . & quid faciemus de scriptura  
quae dicit . furem uiderbas & concurrabas cum illo . &  
cum adulteris portionem tuam ponebas . Ideo ergo bene  
apostolus addidit quod ex uobis est hoc est quod proposi  
to uestro & fidei conuenit cum malis enim habere pacem  
& societatem fidei nostrae propositoque non conuenit .  
Quamuis et alia in loco possit haberi distinctio aliud est  
enim homines amare aliud crimina diligere . Qui homines amat amat creaturam di . Qui crimina

diligit diaboli sectatur inuenta qui ergo perfectissimum  
 quod dederunt crimina homines amant & odium habent  
 in eis illud quod peccant illud quod discrauit amare non  
 desinunt. Non uos uindicantes carissimi sed date locum irae.  
 Scriptum est enim mihi uindictam ego retribuam dicit dñs.  
 hi qui se ipsos non uindicant quomodo irae locum dant du  
 pliciter mihi uideatur intellegi nam et hoc ipso quo uerbi  
 causam animum manu non referunt aut conuictio conui  
 tium reddunt ire illius qui fecit iniuriam per transeun  
 di et euanescendi locum dederunt. Nemo enim ita rabi  
 dus inuenitur qui in lata iniuria si uicem non recipiat  
 iterum saeuat sed quasi effuso & digesto furore neces  
 sario mitescit. Est ergo grande lucrum ubi et peccantis  
 multitudo conpescitur peccatorum & iniuriam passi  
 patientia probabilis fit apud dñm. est autem et hoc modo  
 irae locum dare pro his quae inferuntur iniuriis qui peccant  
 secundum ipsius pauli sententiam. Iram sibi thesauri  
 zant in die irae tunc cum reddit dñs unicuique secundum  
 opera sua. Si ergo nos met ipsos uindicemus non est  
 magnum quod pro iniuria suscepta reddimus uerbicausa  
 aut palmam pro palma aut saxum pro saxo aut pro  
 contumelia sermonis sermonis nihil omnino contu  
 meliam. Si uero reseruemus ea uindictae di in eo quale  
 sit nos locum dñm irae illis indubio quam sibi ipse suis  
 malis actibus thesaurizat quae de eo in iudicio di multo  
 grauior est quam nos inferre possumus exigat paenas.  
 Sed si furti inimicus tuus ciba illum sifit uertit potum

enim faciens carbones ignes congeres super caput  
eius. Haec quidem et dominus in euangelio praecipit et quamuis  
improbatulus sit intellectus iste quo secundum ea quae supra  
diximus in quantum inimicis et ledentibus non solum uicem  
non reddimus sed bona praestamus in tantum paena lex  
in di iudicio cumulamus est enim uere iusta damnatio  
si arguantur ante dominum his intulisse mala a quibus per  
ciperat bona. Tamen uideamus ne forte indignius aliquid  
mandati huius contineat intellectus. Dicit enim ethie  
remias propheta ad peccatricem filiam babilonis.

¶ Habes carbones ignes super eos hi erunt tibi adiutorio.

¶ Fortassis ergo ethie isti carbones ignis qui congregantur super  
caput inimici ad adiutorium ipsius congregantur.

¶ Potest enim fieri ut animus ferus ac barbarus inimici si sen  
tiat beneficium nostrum si humanitatem si affectum si  
pietatem uideat conpunctionem cordis capiat com  
missi paenitentiam gerat. & ex hoc ignis in eo quidam  
succedatur. qui eum pro commissi conscientia torqueat  
& adurat. et isti erunt carbones ignis qui super caput eius ex  
nostro misericordiae & pietatis opere congregantur.

¶ Caput uero principale cordis appellatur & merito caput  
dicitur cuius intellectu & prudentia membra reguntur  
uniuersa.

¶ Noli uincere a malo sed uince in bono malum  
¶ Uincitur a malo qui malis prouocatur. reddit malum  
in bono autem uincit malum. qui acceptis restituet  
bona. Certum est autem hanc esse mali naturam  
ut ex similibus suis augeatur. & crescit sicut ignem si

ignungas sicut noctis tenebris si aeris nubilium fo-

Bonum uero adhibeas exterminatur malum contraria namque  
 contrarius perimuntur sicut per aquam ignis extinguitur  
 & per lucem tenebrae fugantur. sed fortasse dicat aliquis pau-  
 lum per imperitiam sermonis a proposito cecidisse. proposuit  
 enim loqui de donis gratiarum quae per sem̄ sp̄m dantur. &  
 quidem quod ait siue propheta siue ministerium siue  
 doctrina siue exhortatio possunt hoc ad dona spiritalia per-  
 tinere; fortassis et hoc quod sequitur. qui tribuit in sim-  
 plicitate qui prae est insolitudine qui miseretur in  
 hilaritate superioribus possit adiungi ea uero quae post  
 haec enumerat ut sit caritas sine simulatione odientes malū  
 adherentes bono & caritate fraternitatis inuicem diligen-  
 ter honorem inuicem praeuenientes. & cetera huiusmodi  
 praecepta potius dicit esse quam dona. sed consideremus  
 diligentius ne forte quoniam quidem in his omnibus mo-  
 ralem locum tractare instituit et non solum in fide  
 ueritatis stabilem. uerum et in omnibus ornatum face-  
 re xp̄ianum ideo ad munera gratiarum etiam moralia  
 praecepta coniungat ut ostendat xp̄ianis etiam haec  
 per di gratiam dari. Sunt enim et nonnulli gentiliū  
 compositis moribus et honeste institutis qui tamen hoc  
 ipsum quod habent ad d̄m referunt nec ab ipso sibi datam  
 gratiam confitentur sed aut priorae industriae adscri-  
 bunt aut super magistris institutoribus gloriantur.  
 Nobis autem ostendit apostolus omne quod bonum est a  
 d̄o esse et per sem̄ sp̄m dari. sicut et iacobus apostolus

ne datum optimum & omne donum perfectum  
in sum est descendit a patre luminum ut qui gloriatur  
in dño gloriatur. Videamus ergo nunc quod etiam in con-  
sequentiis adiungat apostolus: Omnis anima potestati-  
bus sublimioribus subiaceat: Videtur mihi in hoc non ualde  
laudabiliter animam nominasse quam subiacere potes-  
tatibus iubet. numquam enim dixisset omnis sp̄s subiaceat  
potestati sed omnis anima de qua differentia saepe iam dixi-  
mus quod interdum per animam interdum per carnem in-  
terdum per sp̄m nominatur. sed cum a parte meliore no-  
minandus est quasi quis spiritalis intellegi debet sp̄s dicitur  
quando ab inferiore anima uero ad exteriore nominatur  
caro dicitur. Et horum testimonia descripturis saepe pro-  
tulimus. Nunc ergo quoniam praecepta credentibus ponit  
apostolus et uultum quicquam quantum in nobis est prae-  
sentis uitae pacemque seruare. & si quidem tales simus qui  
coniuncti dño unus cum eo sp̄s simus dño dicimur esse subiecti.  
**S**i uero nondum tales sumus sed communis adhuc anima est  
in nobis quae habeat aliquid huius mundi quae sit in aliquo  
allegata negotiis huic praecepta apostolus ponit & dicit ut  
subiecta sit potestatibus. qui uero habet aut pecuniam aut  
possessiones aut aliquis in saeculo negotia audiat. Omnis anima  
potestatibus sublimioribus subiaceat. Non est enim in-  
quit potestas nisi ad dō. Dicit fortasse aliquis quid ergo  
& illa potestas quae seruas di persequitur fidem impug-  
nat religionem subuertit ad dō. Est ad hoc breuiter re-  
spondebimus. nemo est qui nesciat quod et uisus nobis

mundi quae dñs dixit ut qui habent in sup̄scriptione caesaris reddant caesari quae sunt caesaris.  
petrus & iohannes nihil habebant quod caesari redderent. dicens petrus aurum & argentum habeo  
qui hoc non habet nec caesar habet quod reddat nec unde sup̄limioribus subiaceat potestatibus.



adō datus est et auditus et sensus. Cum ergo adō hab  
 in potestate tamen nostra est ut uisu uel ad bona uel ad  
 la similiter & auditu & motu manuum & cogitatione  
 sensus. et in hoc est iustum iudicium dī quod his quae ille  
 ad uos bonos dedit nos ab utimur ad impia & in iniqua ministe  
 ria. Ita ergo et potestas omnis adō data est ad uindictam qui  
 dem malorum laudem uero bonorum. sicut idem aposto  
 lus in consequentibus dicit. erit autem iustum iudicium dī  
 erga eos qui acceptam potestatem secundum suas impietate  
 tes & non secundum diuinas temperant leges. et ideo dicit.

**I**taque qui resistit potestati dī ordinationi resistit. Non hic  
 de illis potestatibus dicit. quae per secutiones inferunt fidei.  
 ibi enim dicendum ē dō optemperare oportet magis quā  
 hominibus sed de istis communibus dicit. quae non sunt ti  
 timore operi bono sed malo quibus utique qui resistit ipse  
 sibi damnationem pro gestorum suorum qualitate con  
 quirat. **V**is autem inquit non timere potestatem fac  
 quod bonum est & habebis laudem ex ea dī enim minister  
 est tibi in bonum. si autem quod malum est feceris time  
 non enim sine causa gladium portat dī enim minister est  
 uindex iracundi qui quod malum est agit. **M**ouet me  
 in his sermonibus paulus quod potestatem seculi & iudi  
 cem mundi dī ministrum dicit. et hoc non semel sed secun  
 do et tertio reperit uel in ergo requirere quomodo iudex  
 mundi dī minister sit inuenimus scriptum in actibus  
 apostolarum quod conuenientes in unum apostoli  
 statuerunt decreta quae obseruare debemus nos qui

redimus xpo in quibus haec continentur

Poli et prebri fratribus qui sunt antiochiam et syriam  
et ciliciam omnibus qui ex gentibus crediderunt salutem

Quoniam quidem audiuius quosdam exisse a nobis et  
perturbare uos quibus non mandauimus. et post aliquanta  
Ad dicitur placuit ergo scospui et nobis nihil amplius sup  
poni uobis ponderis praeter ea quae necessaria sunt ut  
abstineatis uos ab his quae idolis immolantur et sanguine  
& suffocatis & fornicatione a quibus custodientes uos me  
tipos bene agatis ualete. In his ergo praeceptis in quibus  
dicit nihil amplius ponendum esse oneris his qui ex genti  
bus credunt nisi ut abstineant se ab his quae idolis im  
molantur & sanguine & suffocatis & fornicatione  
neq. homicidium prohibetur neq. adulterium neq.  
furtum neq. masculorum concubitus neq. cetera  
crimina quae diuinis & humanis legibus puniuntur  
quod si illa quae supra memorauit obseruanda dicit  
esse xpianis uidebitur eis de ceteris dedisse licentiam  
sed uide ordinem sps sci quoniam quidem cetera  
crimina seculi legibus uindicantur & superfluum  
uidebatur et nunc diuina lege prohibere quae suffi  
cienter humana lege plectuntur illa sola de quibus  
nihil humana lex dixerat religioni tamen uidebant  
conuenire decernit ex quo apparet iudicem mundi  
partem maximam di legibus implere omnia enim  
crimina quae uindicare uult ds. non per artifices  
& principes ecclesiarum sed per mundi iudicem uo

luit uindicare & hoc sciens paulus recte eu-  
 di nominat et uindicem in eo qui quod malum est  
 quod autem dicit de potestate . fac quod bonum est  
 et habebis laudem ex ea alius requirendum mihi uidetur  
 non enim consuetudo est potestatibus seculi laudare  
 eos qui non fuerunt criminosi . nam peccantes quidem  
 puniunt non peccantes uero conlaudare eis mos nullus  
 est . sed uideamus ne forte paulus etiam cum moralia  
 uideatur docere inserere semper etiam demeritis ali-  
 quid non omittat . & enim sciens quod omnes qui in  
 lege peccauerunt per legem iudicabuntur unum  
 quemque autem in iudicio illa lex sine dubio arguit secun-  
 dum quam uixit . Ostendit uis autem spm scm in multis  
 humanae legis locum dedisse . certum est ergo aut quia in  
 die iudicii habebit etiam existis legibus laudem apud dm  
 is qui nihil contra statuta commiserit legis cum diceatur  
 ei ad no . Tu geserue bone & fidelis super pauca fuisti  
 fidelis super multa te constituam . Sciendum tamen  
 est quod iusta lex non est posita sed iniustis & non sub-  
 ditis caelestis homicidis contaminatis periuris et  
 ceteris qui huiusmodi sunt . Ipsi enim sunt qui tamen  
 legem quia autem facit bonum hoc est qui non me u-  
 legis sed amore boni facit quod bonum est . iste iam  
 non sub lege litterae sed sub sps uiuit . Ideo necesse  
 est subditos esse non solum propter iram sed et propt  
 conscientiam . ideo enim & tributa penditas mi-  
 nistri enim di sunt in hoc ipsum instantes .

re

lege



mundum pestinent peraguntur unde et  
 dixerat de se quia mihi mundus crucifixus est et ego  
 At etiam hoc nos autem non spm huius mundi accepi  
 mus sed spm qui ex deo est. Qui autem adhuc de mundo  
 & qui mundi sunt sapit & quae carnis sunt quaerit  
 necessario subiectus est ministris mundi subiectus autem  
 propter iram quam sibi thesaurizauit ex peccatis et  
 ab hoc mihi uidetur dicere ideo necesse est subiectos esse  
 non solum propter iram sed et propter conscientiam  
 quoque qui subditur habet in se quod accusetur a consci  
 entia. His ergo etiam tributa quaedam pendimus  
 dum adhuc secundum carnem uiuimus & quae carni  
 sunt cogitamus. nam si uineam dñi colamus & uitam  
 ueram quae xps exerceamus in nobis de ista uinea non  
 ministris seculi tributa pendimus sed ipsi dño fructus  
 in tempore reddimus secundum quod ipse saluator  
 in euangelio dicit. Quia colonis malis tollit uineam  
 & dabit eam alius colonis qui reddant ei fructus in tempore.  
 Sed hoc ipsum quod dicit reddite omnibus debita cui  
 tributum tributum cui uectigal uectigal.  
 A beo quod in sequentibus additur. cui timorem  
 timorem cui honorem honorem. Diuisum  
 mihi uidetur et ad eos quidem quod supra diximus  
 ministros pertinere tributa et uectigalia exigunt  
 enim nos tributa terrae nostrae & quid dico de nobis  
 exactus est tributum & iam dñs nr ih̄s in carne posi  
 tus quod idcirco se dicit exsoluere non quod debitor

& uectigalia  
 negotiationis nrae

mandata & eos quod si ille qui nihil habebat  
caesaris et in quo princeps huius mundi ueniens non in  
uenit quicquam de suis cum liber esset soluit tamen tri  
butum uenit enim et in mortem ut esset et inter  
mortuos liber quanto magis nos necesse est ista tributa  
carnis expendere & negotiationis nostrae sitamen  
negotiamur margaritas regni caelorum per diuer  
sas temptationes exigentibus nos spiritibus uectigalia  
pensare timorem uero et honorem ad illum potius  
referre debemus quid dicit propheta . Nonne &  
dnm et patrem uocatis me & si dñs sum ego ubi est  
timor meus & si pater sum ego ubi est amor meus

Posteriora sane que addit ut nemini quicquam de  
beamus certū ad ministros refertur quibus debitor quis  
efficitur cum peccauerit debitum enim peccatum  
esse in multis & frequenter ostendimus. Uult enim  
paulus peccati quidem omne debitum solui nec se  
manere omnino apud nos debitum peccati perma  
nere tamen et numquam cessare a nobis debitum  
caritatis hoc enim cotidie soluere & semper debere  
expedit nobis. Denique quanta uirtutis sit cari  
tas in consequentibus ponit. Qui enim diligit  
proximum legem implebit nam non adulterabis  
non occides non furtum facies non falsum testimo  
nium dices non concupisces et si quod aliud est  
mandatum in hoc uerbo restauratur diliges  
proximum tuum tamquam te ipsum

§ inquit

§

§

§

§

Et ad ultimum rationem tanti huius boni beatus  
 gens ait. Dilectio proximi malum non operatur.  
 plenitudo ergo legis est dilectio. Supradixerat quia  
 qui diligit proximum legem implebit; Et quia dif-  
 ficile uidebatur quomodo possit quis omnem legem  
 in uno conplere sermone plenissimam reddidit  
 rationem dicens. dilectio proximi malum non  
 operatur. & ideo plenitudo legis est dilectio.  
 Pone enim singula mandata legis dilectionem. &  
 uide quam facile cuncta conplenter numquid quidi-  
 ligat proximum occidere eum potest. Certum est quod  
 nemo quem diligit interficiat. est ergo dilectio  
 per quam impletur mandatum quod praecipitur.  
 non occides. & iterum numquid qui proximum suum  
 diligit in uxore eius adulterium committit.  
 numquam profecto. si ergo diligas proximum  
 nec adulterium committis. similiter & qui dili-  
 git proximum falsum aduersum eum testimo-  
 nium non dicit. similiter & cetera mandata legis  
 si sit erga proximum dilectio absq; aliquo labore  
 seruatur. puto tamen & in hoc uoluit nos aposto-  
 lus aliquid conpendiosius discere nam si diligenti-  
 us requiras quis sit proximus noster discas in euange-  
 lio illum esse proximum nostrum qui uenit &  
 iacentes nos uulneratos a latronibus & nudatos  
 a demonibus & nudatos a dae iumento corporis sui  
 super posuit & ad stabulum ecclesiae deculit.

ro procura nostra et diligentia uel ipsi paulo  
 omni qui ecclesiae prae est. duos denarios noui ac uete  
 ris testamenti ad nostrae curae concessit expensas.  
 hunc ergo proximum si diligamus omnem legem et uni  
 uersa mandata in ipsius amore complemus. Finis enim  
 legis xpi ad iustitiam omni credenti. nec fieri ullo pacto  
 potest ut qui ex toto corde. & ex totis uisceribus suis di  
 ligat xpm. faciat aliquid quod non placeat xpo. illum  
 enim qui diligit non solum. quia non occidit quod pro  
 hibet lex. sed nec irascitur fratri suo qui ita delectat  
 ille quem diligit et non solum non facit adulteriu.  
 sed nec mulierem respicit ad concupiscendum. Sed  
 dicit ad ipsum magis concupiscit & deficit anima mea in  
 dnuum. Quid diligit xpm quando de furto cogit et qui  
 & iam sua omnia quaecumque habet relinquit ut se qua  
 tur xpm. diligit quando falsum testimonium dicit  
 cum sciat ipsum quem diligit falso testimonio prodi  
 tum. necessario autem qui diligit xpm diligit et  
 proximum suum. hoc enim solo iudicio xpi esse discipulus  
 designatur si caritatem cum proximis habeat. Ceterum  
 est enim quod qui non diligit proximum nesciat xpm.  
 Et hoc scientes tempus quoniam hora est nos iam de som  
 no surge se nunc enim pro prior nostra salus quam cu  
 credidimus. nox praecessit dies autem adpropinqua  
 bit abiciamus ergo opera tenebrarum induamus autem  
 arma lucis sicut in die honeste ambulemus. Cum  
 post omnes illas discessiones quas uel de gentibus iudaicis

q xpm

xlvi

»  
 »  
 »  
 »  
 »



apostolus profecutus est introduxisse etiam  
 locum quomagus ac magis auditores incitare & ad  
 sionem introduxit. Nunc etiam per urgente temporu  
 rationem quod est in rebus omnibus summum. nemo eni  
 ita somnulentus et piger est quem aduentantes diei non  
 excite & claritas & cui sol oculis infusus non aperiat. aspec  
 tum est ergo etiam animae somnus quidam. si enim  
 ei ut sepe iam diximus proprii oculi & aures propriae  
 & manus & pedes quae singula non tam membra cor  
 poralia inesse ei quam uirtutes. quibus ad unum quodq  
 mouetur & incitatur reputandae sunt. Accidit sine du  
 bio ei secundum oculos suos etiam somnus. si enim non agit  
 tempore oportuno quae di sunt. sed desidia torpescat.  
 merito dormire dicitur. Idcirco igitur paulus praeco xpi  
 circum iens mundum in somno desidia positum adnuntiat  
 ad esse iam lucem & tempus esse & surgatur de somno  
 noctemq. hoc est tempus illud quo ignorantia hominib;  
 dominata est processisse et proxima nite iustitiae solis  
 aduentum. rariscentibus tenebris imminere iam ag  
 nitionis diem. atq. ideo clamat et persistendum esse  
 ne per signitiem. quis noctem patiat in luce et abici  
 enda esse opera tenebrarum. atq. arma lucis inducenda  
 opera tenebrarum sunt actus illi qui ad o aliena sunt.  
 arma uero lucis adsumptio uirtutem et sicut diximus  
 de decorosum esse die iam per urgente dormire, multo  
 est de decorosius sub tempore diei & lucis operagere  
 tenebrarum. Verum sciendum est aduentum lucis

in duplici modo accipiendum est & generale om-  
nium & unicuique speciale generalis omnibus adert  
lux & dies cum futuris aeculi tempus aduenerit. Ad  
cuius comparationem praesentis huius mundi palu-  
tenebrae appellantur quod tempus lacescentibus  
cotidie diebus adpropriet et spatiaque praeteritis  
augentur futuris sine dubio minuuntur & ideo pro-  
pior est inquit nunc sedus nostra quam cum credi-  
dimus & cotidie fit propior sicut et dñs cum consum-  
mationis saeculi signadis tingueret dixit, cum autem  
uideritis haec omnia adleuate capita uestra  
quoniam adpropriet redemptio uestra; Fit autem  
& per singulos dies huius aduentus & nobis erum si xps  
in corde sit diem nobis facit si ignorantias nostras scien-  
tiae ratio fugat et indignos actus declinantes pia quaeq;  
& honesta sectemur in luce sumus positi et quasi in  
die honeste ambulemus. quae sint autem opera  
tenebrarum quae abicienda sunt consequenter e-  
numerat & dicit. Non commissationibus et ebri-  
& atibus non cubilibus et impudicis non conten-  
tione et aemulatione. Ista sunt opera tenebra-  
rum quae et carnis opera appellantur in his qui  
carnem suam luxuriae & impudiciae non scitati  
neq; dño manciparunt. Commissationes enim  
hoc est inhonesta & luxuriosa conuiuia quibus  
necessario comitatur turpissima temulentia.  
Quid aliud subsequatur in cubilia & impudicia

foedis cogitationibus cubilia appellata sunt quae  
 rationalibus uideantur hominibus quam feris et  
 conuenire. Non contentione et aemulatione.

Illa quae supra dixit carnis sunt uitia haec iam etiam  
 mi quamuis omnia simul carnis opera dicantur &  
 opera tenebrarum quia reuera contentio et aemulatio  
 in malis eorum est qui secundum carnem uiuunt &  
 qui in tenebris ambulant qui autem in luce est &  
 sicut in die honeste ambulat nihil per contentionem  
 neq. per inanem gloriam gerit. Hoc ergo modo abi-  
 cit quis quod ait supra opera tenebrarum quod uero  
 dixit induamus arma lucis quomodo fieri debet  
 nunc exponit. Sed induite inquit dnm ihm xpm; &  
 carnis curam ne feceritis in concupiscentis. Frequenter  
 diximus xpm sapientiam esse & iustitiam et sanctifi-  
 cationem et ueritatem et omnes simul uirtutes  
 quas utiq. qui adsumpsit xpm dicitur induisse.  
 si enim haec omnia xps est necessario qui haec habet  
 habet et xpm. Qui enim haec habet carnis curam  
 in concupiscentis non facit. Moderatione soluta  
 apostolus utitur. non per omnia carnis curam negat  
 habendam. Certum est enim quod in necessarius  
 habenda est. in delicis uero & luxuria atq. omni  
 concupiscentia paenitus excludenda. Infirmum  
 autem in fide assumite non in disceptationibus  
 cogitationum alius quidem credit manducasse se  
 omnia. qui autem infirmus est olera manducat;

XLVI.

de fidei infirmitate mentionem facit apostolus  
de habraham. Cum fere centum annorum esset  
non infirmatus fide de qua infirmitate fidei nullis  
locis quae occurrere potuerunt exposuimus. Sed et  
nunc de infirmitate infide commemorat quem in eo  
dicit infirmum. Quia non credat manducare omnia  
sed tam ex iqua est fide eius ut sola olera competentem  
sibi esse existimet cibum. Quod potest quidem et  
videri dictum ad eos qui ex gentibus crediderunt ex  
tollentes se in libertate fidei. Quia nihil commune  
aut in mundum crederent aduersum eos qui ex cir  
cumcisione crediderunt. Obseruantes adhuc secun  
dum traditionem legis ab eorum differentiam ut eos  
reprimere uideatur et monere. Non sultant eis  
quibus longa consuetudo in obseruandis cibis discretio  
nem adhuc aliquam & uincionem mouebat.  
Iube ergo eum qui ita in hac fide infirmus est ad sumi  
magis & abici nec quasi infidelem iudicari. Aliud  
est enim infidelem esse aliud infirmari infide. Nam  
infidelis dicitur qui non habet fidem infirmus autem  
infide qui dubitat in parte aliqua fidei. Componens  
igitur apostolus in pace corpus ecclesiae dicit.

» Qui manducat non manducantem non spernat. & qui  
» non manducat manducantem non iudicat. dñi  
» illum adsumpsit. Tu quis es qui iudicis alienum ser  
» uum suo dño stat aut cadit. Stabit autem potestati  
» dñi statuere illum. Quos scilicet per haec nulla esset

intercredentes ciborum causa dissensio. sed ut

haec paulus profundiore magis sensu elocutus; Neque enim  
excircumcisione uenientibus de edendis oleribus lex ali  
quid mandauerat. ut ipsis conuenire uideatur quod ait;

Qui autem infirmus olera manducet; unde constat eum  
de cibo uerbi ista tractare. & infirmum dicere esse infi  
de eum qui non ita perfectus est sensibus: ut possit om  
nem cibum uerbi di sumere. Sicut & ipse apostolus in  
» alius dicit. Perfectorum autem est cibus solidus eorum  
» qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus.  
» ad discretionem boni uel mali; & iterum ad alios dicit.  
» Lac uobis potum dedi non escam nondum enim pote  
ratis. Et numquid ita neptierimus ut putemus  
apostolum qui missus est praedicare uerbum di. lac  
portasse secum quod corinthus potum dare. Sed  
manifestum est haec eum de qualitate uerbi proloqui  
& propterea dicere. si qui infirmior est sensibus. & non  
est ita perfecta e fidei ut de secretioribus misteris  
capiat uerbum non debere ei. per ea quae intellegere  
non potest de ceptiones cogitationum moueri.

Aliud enim inquit credit manducare omnia non per  
haec paulus ad omnia comedenda discipulos astatur.

Nec gulae et gurgitis est magister. sed de cibo sine dubio  
dicit. quorum fides perfecta est. & nullis in uerbo  
di discretionibus impeditur. quod idem apostolus in  
aliis spiritalis appellat cum dicit. Spiritalis autem  
examinat omnia. Ipse est ergo de quo dicit. Alius

ut manducare omnia denique & apostolis ante  
quam semper acciperent dicebatur adno, multa adhuc  
habeo quae loquar uobis, sed non potestis illamodo audire.  
ueniet autem paraclitus spiritus ueritatis & ipse uos docebit  
omnia. Ita sunt ergo omnia quae credit manduca  
re is qui profidei perfectione per gratiam seipsum capax  
uerbi secretioris exteterit, habet tamen et infirmus  
quod sumat ex uerbodi. & est species quaedam uerbi  
quam hic apostolus olera appellauit. quae audientis  
sensum non tam robustam reddat et fortem quam  
sustinet et interire non faciat. In multis etenim  
de interioribus animae sensibus scriptura diuina  
quasi de exterioribus corporis loquitur membris.  
& saepe docuimus interiorem hominem uel uidere uel  
audire uel ambulare nominari. ita et nunc ipse interior  
homo aut omnem cibum dicitur posse percipere. si per  
fectum est aut si infirmus est holera manducare.  
sed ut perfectorum in ecclesia concordiam & imperfec  
torum tamquam in honestorum in corpore membra  
honestarum quae componat nec habeatur in eis ulla  
dissensio dicit. qui manducat non manducate non  
spernat. & qui non manducat manducantem non  
iudicat. Hoc est quod et alibi dicit. Quia  
non potest dicere oculus manui non est mihi neces  
saria. & caput pedibus non desidero operam uestram  
sed multo magis quae uidentur membra corporis  
in honestiora esse necessaria sunt. Et his ergo

quorum fides tanta est ut omnia possint man-  
 & omnem uerbis peciem capere. ne superbiant & spernent  
 eos qui inferiores sunt. praecipit & rursus his qui in ca-  
 pacitas sunt perfectiori doctrinae mandat. ne iudicent  
 eos quorum sensus capaxior est et intellectus eminentior.

Solent enim peruerso ordine imperiti peritos iudicare  
 & desides studiosus. interdum tamen et hi qui scientia  
 aliqua initia coeperint. Inflantur & extolluntur  
 aduersum eos qui uidentur minus capaces esse.

Idcirco igitur increpatione apostolicae auctoritatis pau-  
 lus utriusque partis insolentiam reprimens dicit.

Tu quis es qui alienum iudices seruum suo domino stat  
 aut cadit; Quod dicit stat aut cadit secundum sen-  
 sum eius quem increpat dicit. Nam et imperitior si  
 uideat quempiam profundius aliquid & ut ipse capere  
 non potest sentientem cecidisse eum iudicat a fidei sta-  
 tu & rursus qui inflantur & scientia & non cum  
 caritate. Sicut paulus commonet agunt. similiter  
 de imperitiis quibusque opinantur & ideo potesta-  
 tem fratri iudicandi fratri exemit. Bene autem  
 alienum seruum ait qui adns dicit. Uos autem om-  
 nes fratres estis. Omnes hoc est uniuersa creatura  
 & unus est solus dñs xp̄s ih̄s qui est dñs omnium diues  
 in omnibus simul & bonitatem di inaffabilem ma-  
 nifestat. Cum dicit deo qui cecidisse uidetur & ia  
 siue reciderit. Qui a potest dñs statuere illum dñs em-  
 erigit ad lios. Alter iudicat alter nos dies alter

judicat omnem diem. unusquisq; in suo sensu  
mandat. Diximus superius secundum litterae a  
postolicae consequentiam uideri haec de ciborum conti  
nencia uel libertate tractari. Quoniam uocatio qui  
dem quae in xpo. nihil commune aut inmundum po  
nit in cibis sed continentiae ratio suadet & iam licet  
abstinere. non enim ut ipse in alio dicit quia omnia  
licent. Idcirco etiam omnia expediunt. uel omnia  
aedificant. Ipsa tamen abstinentiae ratio diuersa  
est pro uoto & proposito uolentis. Alius namq; hoc  
iudicat. et ita apud animos suos decernit. ut omne  
diem hoc est continuum uitae suae tempus exigat in ab  
stinentia. Alius uero tempus aliquod uel ut uotua pro  
fessione decernat. In quo siue ut iugem siue ut tempo  
ralem suscipiat continentiam. unus cuiusq; sensibus dat  
liberam facultatem. utrumq; <sup>tamen</sup> in acceptum ferri apud  
dñm pollicetur. & propterea subiungit. qui sapit diem  
dño sapit. & qui manducat dño manducat. gratias  
enim agit dō. & qui non manducat. dño non mandu  
cat & gratias agit dō. Gratiae ergo dō ab utroq; refe  
rentur ab illo quidem pro fructu continentiae. ab  
hoc uero pro libertate uescendi. sed quoniam anteriorib;  
ostendimus. quod profundior inuenitur apostoli sen  
sus. quam ciborum carnalium ratio continet in spi  
ritali expositione. secundum ea quae supra disse  
ruimus de his quorum alius omnem diem. alius uero  
alternos iudicat dies. Possumus illud sentire quod



in scripturis diuinis unum quodq; capitulum  
 in a p i e x t i s . & fidei continetur dies dicatur .  
 enim dies est quia inluminat mentem quia ignoran-  
 tia tenebras fugat . qui xpm qui sol est iustitiae ha-  
 bet in sese . Siqui ergo sit qui ita diuinis litteris opera-  
 impendat ac studium . ut omnem diem & omnem  
 sensum scripturae diuinae discutiat & diiudicet .  
 Ita ut non eum transeat dege iota unum uel unus  
 ap & hic omnem diem uidebitur iudicare . Quia aut  
 non est tantus ingenio alter nos id est paucos ex mul-  
 tis capiet sensus . & si non qui ad plenitudinem scientiae  
 sufficiant at certe qui ad summam fidei satis sint .

Uterq; ergo secundum apostoli consilium . gratias a-  
 gat do ille qui sapit omnem diem . et qui manducat  
 omnia . id est qui agnoscit et intellegit omnia .  
 & ille qui licet non omnia manducet et non uniuerso  
 rum intellegentiam capiat . Breui tam fidei confer-  
 sione saluatur . & ideo etiam non manducans omnia  
 nec omnium scientiam sumens agere tamen etiam  
 ipse gratias dicitur do . Nemo enim nostrum sibi uiuit . XLVII  
 & nemo sibi moritur . siue etiam uiuimus dno uiui-  
 mus . siue morimur dno morimur . Siue igitur  
 uiuimus . siue morimur dni sumus . In hoc enim  
 xps & mortuus est & uixit . ut & mortuorum & ui-  
 uorum dominetur . Quid sit uiuere in xpo & quid  
 sit mori in xpo . dictum saepe a nobis est in huius ae pisto-  
 lae expositione . & praecipue in eo loco ubi explanare

¶ unus sermonem apostoli qui ait: Si autem  
mortui sumus cum xpo credimus quia et conuiuemus &.  
**S** ergo meminimus quae in hoc loco dictae sunt & ipsi & iam  
propositus in praesenti sermo apostoli apertior & lucidi  
or fiet. quomodo nemo nostrum sibi uiuat & nemo  
sibi moriatur. non enim unusquisq; ipse sibi dat sed  
a xpo sumit mortis exemplum. Quis solus peccato mor  
tuus est ut & ipse imitatione eius possit alienus & mor  
tuus effici peccato. Sedit uitae exemplum non ipsiano  
bis habemus sed & xpi resurrectione suscepimus. ut idem  
apostolus dicit. **V**t sicut xps resurrexit. a mortuis per  
gloriam patris ita & nos in nouitate uitae ambulemus.

**N**ouitas ergo uitae quia in xpo per fidem resurrectionis ei  
uiuimus dno deputatur quia non a nobis sed a ipso su  
mit & ordium. & ideo. **S** iue uiuimus dno uiuemus  
siue morimur dno morimur. siue igitur uiuimus  
siue morimur dno sumus. **M**ortem & enim appellat  
illam quae xpo ut diximus consepulta & in morte ip  
sius baptizati peccato mortui sumus. & uitam qua  
alieni effecti ab hoc mundo. & ut ipse ait. uelut mor  
tui uiuentes. Non nobis id est non carni uiuimus sed  
dno. **S**ecundum ea quae in subsequentibus iungit.

**I**n hoc enim inquit xps. & mortuus est & uixit. ut &  
mortuorum & uiuorum dominetur. **M**ortuum  
dicit esse xpm dispensatione sine dubio passionis  
uixisse autem per sacramentum resurrectionis. un  
de & nobis primo passionis & mortificationis postea

etiam resurrectionis & uitae nouitatis reliqua.

Sed moueat aliquem fortassis quod dixit apostolus Ideo  
 co xpm mortuum esse & uixisse ut & mortuorum &  
 uiuorum dominetur. Quasi qui hoc dederit intelle  
 gendum quia nisi mortuus fuisset. mortuorum do  
 minatum non habuisset. & nisi post mortem rur  
 sum uixisset non tenuisset dominationem uiuosum.

Sed ad haec ita respondendum puto duobus & modis constat  
 in omnem creaturam xpi dominatio uno per quem ut  
 creator omnium & potestatem gerens uniuersorum  
 sui maiestatis & necessitate potentiae habet cuncta  
 subiecta per quem modum non solum bonis & scis menti  
 bus ac spiritibus dominatur. uerum et nequam ac re fugis  
 & his quos scriptura diuina malignos angelos appellauit.  
 Idcirco & omni tenens uel omnipotens dicitur. secundu  
 quod iohannis designat in apocalypsi dicens. Haec dicit  
 qui est et qui erat et qui uenturus est omnipotens.

Hic ergo unus et mundus quo xps omnibus dominatur.  
 Alius uero est tam quam bonus & boni patris filius non  
 ultra rationabiles sps ad obedienciam legis sup uolent  
 inflatere. sed expectant ut sponte ueniant. ut uolun  
 tate & non necessitate bonum quaerant. & docen  
 do magis quam imperando. inuitando potius. qua  
 & torquendo persuadeat. Inde deniq; est quod  
 usq; ad mortem dignatur accedere. sedebat  
 ut exemplum † uolentibus peccato. pillicapitis et  
 ut uirtus emori derelinquat. in ma ignis

† obedienciae & moriendi formam.

hoc in praesenti loco apostolus scribit. Idcirco cum  
mortuum esse & uixisse ut & uiuorum & mortuorum  
domine & uiuorum profecto illorum qui resurrectionis  
nisi eius exemplo nouam & caelestem interris exigunt.  
uitam mortuorum illorum sine dubio qui mortificationem  
nisi in corpore suo circumferunt & mortificant  
membra sua quae sunt super terram. Quod si haec ita se  
habent. Tu inquit quare iudicas fratrem tuum. aut  
tu quare spernis fratrem tuum. Cum siue mortificatio  
sit in carne & uitiorum non ex te hortasit. sed xpi  
mortem donata si ne tibi nouitas uitae est & interris  
ambulans conuersationem habes in caelis xpi hoc resurrectionem  
erueris. Bene autem utriusque uitae notam uernacula  
appellatione signat illi dicens. quare spernis & hic quare  
iudicas fratrem tuum. solent enim hi qui aliquantulum ui  
dentur inscientia profecisse spernere & nihili ducere  
eos qui altiores intelligentiae minus capaces sunt. E contrario  
autem imperiti et indociles iudicare. hoc est incusare &  
condemnare eos qui altiora & profundiora perquirunt  
quam ipsi capere aut adsequi possunt. & ideo apostolus  
reflexare culpam uolens & utraq; parte nascentem  
illis quidem praecipit ne inferiores spernant atq; dispi  
ciant. his uero ne superiores esse iudicent cum peritia  
non habeant iudicandi. Quamuis ergo utrumque re  
prehendat & eum qui spernit fratrem  
inferiorem. & eum qui iudicat  
superiorem. Tamen ut ostenderet  
esse xpm. esse autem pe  
nobis prim.

illum grauius iniudicando. quam hunc in spem  
peccare omittas praecisionis culpa praesumptionem iudi-  
fratris exaggerat. & ideo inconsequentibus iungit.

Omnes enim stabimus ante tribunal di scriptum est enim  
uiuo ego dixit dñs. quoniam mihi flectetur omne genu  
& confitebitur omnis lingua dō. Ita q; unusquisq; nr̄m  
proferationem reddit dō. non ergo amplius inuicem iu-  
dicemus. sed hoc iudicate magis ne ponatis offensionem  
fratri uel scandalum. Adsumens causas ex his in quibus  
non recte iudicant his qui iudicant fr̄s recti & iusti introdu-  
cit diuini iudicii formam & ait. Omnes enim stare nos  
oportet ante tribunal di. quos scilicet non ueritis qui iudi-  
cat fratrem tantum se crimen elationis incurtere ut tri-  
bunal di. sibi uideatur adsumere & unigeniti iudicium  
praeuenire. Verum quid sibi uelit hoc ipsum quod a  
postolus tribunal di memorat et quomodo intellegen-  
dum sit uideamus non solum enim in hoc loco sed & ad  
corinthios scribens tribunalis facit nihil hominis mentio-  
nem. ubi ait propter quod studemus siue praesentes  
siue absentes placere ei. Omnes enim nos manifestari  
oportet ante tribunal xpi. ut recipiat unusquisq; per  
corpus pro ut gessit siue bona siue mala. Sed et apud  
danielum prophetam inuenimus talia quaedam de  
iudicandis speciae descripta. Videbam inquit & ecce  
sedes positae erant. & uelustus dierum sedebat et indu-  
mentum eius sicut nix candidum. & capilli capitis eius  
sicut lana munda. thronus eius flamma ignis.

ignis inflammans. fluuius ignis currebat ante  
ipsum. milies milia ministrabant ei & decies milies de  
na milia adsistebant ante eum. iudicium constituit  
& libri aperti sunt. In duodecim quoque prophetarum  
libro sub mysterio dicitur. quia in ualle iosaphat  
dn̄s iudicet populum suum. ipsam autem uellem  
iosaphat paulo post uallem iudicii nominat. sed de his  
nunc singulis quae similitudinis causa protulimus disse  
rere longum uidetur. ea tamen quae ad corinthios  
scripsisse apostolum diximus conferentes in praesen  
ti loco uel caeteris quae apud prophetas scripta me  
morauimus declarari uidemus ex omnibus certissime  
futurum iudicium di esse. cuius species ut notior ho  
minibus fieret iudicandi formam ex his quae inter  
homines geruntur adsumpta est. quo scilicet nosce  
remus. quia sicut iudex iste terrenus celsiorem quon  
dam locum quod tribunal appellatur ostendit. ut  
ex eo altior et eminentior. caeteris qui iudicandi sunt  
fiat. ne conspectus eius lateat uel reorum supplicia  
uel allegationes innocentium. ita intellegamus  
& iudicem omnium xpm. natura & maiestate  
cuncti firmamentem introspicere corda & conscientia  
singulorum manifestare occulta & obiecta reue  
lare & ut bonis actibus laudem tribuat et mali  
paenam quam merentur excipiant. quod si mane  
futurum iudicium di & tale iudicium in quo non  
solum unusquisque recipiat pro actibus suis sed & pro

omni uerbo otioso reddetur ratio secundum  
 dni cogitationes quoque male confitabuntur sed arguente  
 conscientia & in omnibus unusquisque nostrum  
 pro se rationem reddet deo. Non ergo inquit amplius  
 inuicem iudicemus. sicut & in alius dicit. itaque nolite  
 ante tempus quid iudicare usque quo ueniat dominus  
 qui in luminabit occulta tenebrarum & manifestabit  
 consilia cordium. et tunc lauserit unicuique ad deum.

**N**udabitur enim uniuersae ut ego arbitror creaturae  
 rationabili cor nostrum & reuelabuntur occulta uel  
 & iam manifestabuntur. Est enim differentia ui  
 dentur enim ea quidem quae reuelantur ad malos  
 pertinere de quibus dicit. In igne enim reuelabitur  
 ea uero quae manifestantur ad bonos. & ideo dicitur  
 omne enim quod manifestatur lux est. & tamquam  
 libri quidam scripti uel tabulae continentis litteras  
 actuum cogitationum quae nostrarum ab omni ut  
 diximus creatura rationabili relegendur & hoc est  
 quod arbitror indicari per danielem ubi dicit. &  
 libri a pestis sunt qui scilicet in corde nunc in uoluti sunt  
 & obiecti. continentis quidem scripta quae geri  
 mus & noxus quibusdam conscientiae sulcati nec  
 tamen ulli nisi solido cogniti isti ergo libri animae  
 nostrae uel <sup>haec</sup> cordis nostri pagin e aperientur in con  
 spectu throni flammae & rotarum ignis ardentis  
 & fluminis ignei percurrentes ante uetustum dierum  
 uidebunt haec & legent etiam angeli & illa milies

magis glorum. & decies dena milia ministrorum;  
ita criminum nostrorum in quibus nunc unum saltem  
testem pati confundimus. caelestium tunc uirtutum testes.  
ceteruas innumerabiles patiemur. Cum autem paulus  
dicat. quia omnes stabimus ante tribunal di. & secun-  
dum his societ qui stabunt ante tribunal di. Quis nam  
est qui semetipsum ita decipiat. et fallat ut ad iudicium se-  
xpi & ad tribunal cognitionis eius non putet esse uenturum.  
Aut manifestandum se non putet in his quae siue recte  
siue etiam minus recte commiserit. Quod uero in p-  
senti quidem loco tribunal di. ad corinthios uero tribunal  
xpi posuit. ego quidem nullam puto esse quominus unum  
atq; idem tribunal xpi. & tribunal di nomine cur-  
secundum quod ipse saluator in euangelio dicit. Omnia  
qua habet pater mea sunt. & iterum. pater omnia  
mea tua sunt. & tua mea. Si qui putat tamen in  
sermonibus. <sup>pauli</sup> quia nulla in eius litteris otiosa uel syllaba  
est causa uarietatis huius esse requirendas poterit. fortas-  
sis tale aliquid dicere uocabulum xpi quantum ad pro-  
priae appellationis ipsius pertinet uerbi in carne  
positi & mundum do & reconcilians in iudicium est.  
Sicut et idem apostolus dicit. Quia dserat in xpo mun-  
dum & reconcilians sibi. Sed reconciliationis huius spa-  
tia conuersionis nostrae dilatio. & emendationis ne-  
glegentia distendit & longiora con-<sup>st</sup>ruit. & donec  
euaeuet omnes principatus & potestates & ponat  
omnes inimicos sub pedibus suis. ac nouissimum in



micum destruat mortem. ita cum regnat  
 ut mysterium susceptae incarnationis exerceat  
 & bonos quidem manifestat. culpabiles autem recipiant  
 unusquisque secundum opera sua. ubi uero tradiderit reg-  
 num deo & patri id est conuersos & emendatos omnes obtu-  
 lerit deo. & ad integrum mysterium mundi reconcilia-  
 tionis explauerit. Tunc ante tribunal dei ad stare di-  
 cuntur ut impleatur hoc quod sequitur. Niuo ego dicit  
 dominus quia mihi flectetur omne genu & confitebitur om-  
 nis lingua deo. Flectetur autem genu omnis creatura deo  
 in nomine ihesu per quam reconciliata est ei. Secundum  
 quod idem apostolus dicit. Quia in nomine ihesu omne  
 genu flectetur caelestium terrestrium & inferno-  
 rum. Flectere sane genu & omnem linguam confi-  
 teri deo. de esaias prophetae sermonibus adsumpsit apos-  
 tolus. quod tamen non est carnaliter accipiendum  
 ut putemus & iam caelestia quae dicit genu flectere  
 carnalibus membris facere haec credantur uerbicausa ut  
 putetur uel sol uel luna uel stellae uel & iam angeli &  
 quaecumque sunt quae caelestia nominantur. corporali-  
 bus inflexa genibus adorare. Aut & iam lingua carnali et  
 tali membro qualinos homines loquimur putentur confi-  
 teri deum de quibus dicitur. quia sint spiritus et ignis. secundum  
 quod propheta dicit. Qui facit angelos suos spiritus & minist-  
 ros suos ignem urentem. & quae <sup>genus</sup> in spiritalibus esse  
 creduntur. Aut quae lingua in ignis specie requiretur  
 sed genu flectere subiecta est secunda & cultui dei oboedire

mouet me adhuc ex his quae a epistola ad corin-  
thios adsumpsimus sub dicit. **V**t recipiat unusquisq;  
propria corporis prout gessit siue bona siue mala.

**V**trum quia in omnibus hominibus necesse est esse aliquid  
boni esse & aliquid mali nec ullum in bonis inueniri  
qui non aliquid habuerit & mali. uel iterum aliquem  
in malis qui non habuerit aliquid & boni. propter scrip-  
turam quae dicit. **S**piritus enim incorruptibilis in omnibus est.

**P**ropterea dixerit ut unusquisq; et pro bonis suis bona  
& pro malis suis mala recipiat. An bonos illos dicat  
quibus nihil mali adscribendum sit. & illos malos qui-  
bus boni nihil omnino debeatur. Sed si hoc nouissimum  
putemus uidebimur contra euentem uenire rationem.

**N**ullus enim ut dixi bonus inuenietur cui non aliquid  
iniustum sit mali. ut ex multorum sanctorum per facile  
collegi uideatur exemplis. **E**t rursus nemo est pessi-  
morum. & iam ipse iudas ponatur qui supra omnem im-  
piaeatem impius fuit. ut non aliquid etiam ipse boni  
habuisse uideatur. Nam ut illa omittam quae cum  
apostolis positus quasi unus ex ipsis gerebat. Quamuis  
& ibi uan bonis eius miserentur et mala. erat enim pecu-  
niae cupidus. Tamen hoc ipsum quod penitentia duc-  
tus reportauit triginta argenteos ad sacerdotes & dixit.

**P**eccavi tradens sanguinem iustum. fuit aliquid boni  
& quibus omnibus uideatur mihi quoniam non potest  
unus atq; idem bona simul recipere & mala. Neq; eni-  
simul & in paradysum quis aut in regna caelorum &

in gehennam mitti potest in illis tantum modis  
 boni non haberi in quibus ualde praeponderant mala  
 & in illis rationem mali non accipi in quibus praeponde-  
 rant bona & in quibus malorum uestigia poenitentia <sup>conuersi-</sup>  
<sup>onis</sup> obleuit. ut autem ad propositi capituli finem conclusi-  
 onemque redeamus: cum inquit tanta sit apud dñm &  
 apud xpm eius iudicii ueritas tanta futura examinatio-  
 nis indagatio, Non ergo ait amplius inuicem iudicemus  
 sed hoc iudicate magis ne ponatis offensionem fratri uel  
 scandalum. Hoc iudicate id est hoc statuite ne per ob-  
 seruantiam ciborum offensiones fratribus uel scandala  
 generetis. De offensione uel scandalo iam supra dixi-  
 mus quod scandalum sit cum in uia qua inceditur ali-  
 quid inuenitur obiectum in quo offendant scandentium  
 uel in caeculentium pedes, Hoc ergo quod patiuntur hi  
 qui uia fidei nuper ingressi priorum uel contentionibus  
 negligentibus uel contemptu & elationis offenduntur  
 atque exemplis eorum recussi auertuntur a fide.

Scio & confido in dño ihu quia nihil est commune per ip-  
 sum. nisi ei qui existimat quid commune esse illi com-  
 mune est. Si enim propter cibum frater tuus contris-  
 tatur iam non secundum caritatem ambulat. Noli  
 cibo tuo illum perdere pro quo xps mortuus est non  
 blasphemetur ergo bonum uerum non enim regnum  
 di esca & potus est sed iustitia & pax & gaudium  
 in spũ scõ. Nam qui in hoc seruit xpo placendo & p-  
 batus est hominibus itaque quae pacis sunt sectemur

Alviii

...ationis sunt inuicem nolite propter cibum  
...ere opus di. Diximus & in alius quod in scripturis scis  
uernacula quadam appellatione quod scilicet mundu  
non est commune nomine ut quae tamen appellatio  
nouo testamento frequentius. In ueteri uero non recor  
dor sic ubi nominata est ut in euangelio saluator dicit.

”  
”  
”  
”

malae homicidium fornicationes adulteria furta falsa  
Qua de corde procedunt cogitationes / testimonia &  
ista sunt quae incoinquinant hominem. Non lotis aut  
manibus manducare non coinquinat hominem.

Quamuis in nonnullis exemplaribus latinis pro communicant  
coinquinant posuerint. Et licet eadem uirtus sit propri  
etas tamen sermonis communicat habet sed et in acti  
bus apostolorum dñs dicit ad petrum. Quod dñs munda  
uit tu commune ne dixeris. Puto ergo inde usum ser  
monis huius adsumptum. ut quia uerbi gratia uasa sine  
dubio dñi appell<sup>ba</sup>ntur. Ad horum autem distinctione  
reliqua uasa communia dicebantur. Ita & ad distinctio  
nem ciborum eorum quos quasi mundos & secundum le  
gem edendos scriptura segregauit. Reliqui omnes co  
munes appellati sunt sed iudei uim uerbi ignorantes  
unde communis diceretur homo quem communem ap  
pellabant sermonis usum sine significationis intelligen  
tia tenuerunt. Neque enim cibi quod dñs creauit aut igno  
rantes aut simpliciter sumpti communem facere ho  
minem poterant et in mundum sed mens illa homi  
nis quae dō soli segregata est merito munda appel

”  
X tō pli misterio se  
gregata uasa.

Xen

latur. quae uero aliena ad eum est quoniam non  
 mundo sed a plurimis possidetur. Idcirco talis homo com-  
 munis appellatur. quasi qui multorum sit uel uitiorum  
 uel daemonum seruus. sed illud qui interrogatus.  
 Quod tibi in me est. respondit. Legio multa enim sumus.  
 Et secundum illud quod a saluatore dicitur. Quia cum  
 exierit in mundus ipse ab homine circuevit loca arida quae  
 reus requiem & non inueniens. Rediit & inueniens do-  
 mum uacantem & scopis mundatam adsumit secum  
 septem alios spiritus nequiores se & intrantes habitant in eo.  
 Et sine dubio iste talis homo communis dicitur eorum uide-  
 licet seruus effectus omnium spirituum malignorum  
 qui habitant in eo. merito ergo sciens sermonis huius hanc  
 esse rationem paulus dicit. Scio et confido in domino ihesu  
 quia nihil est commune per ipsum. Nihil enim incre-  
 aturis dei natura sui in mundum est. omnia namque a bono deo  
 creata bona esse constat et munda. sed et inquit qui ex  
 istinat aliquid esse commune ipsi commune est.  
 Aliquid cogitat & obseruantiam diuersitatis amittit.  
 sicut & in consequentibus dicit. Qui autem discernit  
 si manducauerit damnatus est quia non ex fide om-  
 ne enim quod non est ex fide peccatum est. Nec  
 tamen in his distinctionem legis exclusit ut absolute  
 dicere nihil esse commune aut inmundum eorum.  
 quae ex definiunt in munda. Praemisit enim causa  
 cur per se & ipsum nihil commune dicatur. Scio in-  
 quit & confido in domino ihesu. In domino ergo ihesu nihil com-  
 X hoc est in intentione cordis in mundum.

in seipsum hoc est natura sui dicitur sed illi  
inquit existimat & qui putat aliquid commune esse  
ipsi commune est & neminem quod contagio mentis cibum  
qui natura sui communis uel pollutus non est. faciat pol-  
lutum cum & contrario cibum uel pollutum. uere enim  
pollutus est qui idolis immolatur simplicitas mentis &  
nulla cogitationis scrupulositas inietta omni suspicio-  
ne contaminationis absoluat. & rursus. Etiam si man-  
dus sit cibus suspicionem tamen aliquis patiatur quasi  
quod idolis immolatus sit pollui dicitur pro consien-  
tia scrupulo. Si enim propter cibum frater tuus  
contristatur iam <sup>non</sup> secundum caritatem ambulat noli  
cibo tuo illum perdere pro quo xps mortuus est

L    §  
     §  
     §  
Cum defuisse apostolico dogmate per thm ihm nihil  
commune aut inmundum. natura sui putandum.  
& dedisse erga usum ciborum fidelibus quibusq; absolutis  
firmam libertatem. rursus ad aedificationem fraterni  
amoris. licentiam resecat libertatis & dicit. Etiam  
si commune nihil est. & rursus. & usus omnium ci-  
borum licenter. amittitur. tamen tu si propter  
cibum quod licito putas sumendum fratrem tuum  
qui nondum scientiae huius capax est scandalizas.  
iam non secundum caritatem ambulat nec affectum  
in te fraternitatis ostendis. quidem lederis  
si aut fratrem tuum non contristes etiam licitis ab-  
stineas. tibi enim abstinere licitis crimen nullum est.  
Ille uero in quibus discernit & putat non licere con-

tannabilis usus est. Qui enim discernit similes  
 damnatus est. quod si facias tu utiq; fratrem tuum per  
 dis pro quo xps mortuus est et tui causas perditionis ad  
 quiris. magnificentius autem de his idem paulus ad co  
 losenses scribens dicit. Nemo itaq; uos iudicet in esca  
 aut in potu aut in parte diei festi aut ne ueneni aut sab  
 bato quae sunt umbra futurorum corpus autem xpi  
 nemo uos seducat uolens in humilitate cordis & religio  
 facere in pauperes sanctorum qui sunt in hierusalem.  
 Possumus & de secunda ad corinthios epistola pleni-  
 us dicere in qua hoc modo scribit. Notam autem  
 facio uobis fratres gratiam dei quae data est in ecclesiis  
 machedoniae. quia in multa probatione tribulati-  
 onis abundantia gaudueorum & profunda paupertas  
 eorum abundauit ad diuitias simplicitatis eorum.  
 quoniam secundum uirtutem testimonium perhibeo

caritatem suam sponte multis praecibus obse-  
rantes nos gratiam & communionem quaefit in scos &  
reliqua; & sicut in his testimonium reddit machae-  
donibus ita rursum cohortatur & corinthios dicens:  
**S**ed sicut in omnibus abundatis fide et uerbo et scientia &  
nostra in uos caritate ita & in hoc gratia abundetis & re-  
liqua. Sed et in alius conlaudans corinthios quod erga  
communionem pauperum qui sunt in hierusalem promp-  
ti fuerint dicit; & consilium in hoc do hoc enim uobis  
& pedit qui non solum facere sed et uelle cepistis ab an-  
no priore. nunc autem & facto perficite; sed & in  
reliquis de haec eadem scorum communionem persequitur;  
& post aliquanta reddit. De mysterio autem quod fit  
in scos superfluum est uobis scribere. scio enim prom-  
ptam uoluntatem uestram. pro qua gratulor<sup>de</sup> uobis  
machedonibus quia achaea parata est. Ab anno pri-  
ore & uestra aemulatio prouocauit multos. quod autem  
post huiusmodi machedoniae & achaeae ministerium  
quod fit in scos qui sunt in hierusalem proposuisse &  
apostolus & iam romam uidere indicatur in actibus  
apostolorum hoc modo. Cum autem expleta essent  
haec posuit paulus in spūsuo ut cum per ambulasset  
machedoniam & achaiam proficisceretur hierusoli-  
mam dicens qui apostquam fuero ibi necesse est me  
& romam uidere. Ex his autem omnibus uerbis  
colligitur quia non solum prima ad corinthios sed  
& secunda ante scripta est quam haec ad romanos

quam habemus in manibus. simulq. illud a quo  
 quod quanto posterior paulus in una quaq. inuenitur  
 epistola. tanto & perfectiora ut uetus sit ille eius sermo  
 quem dixit. Qui praeterita obliuiscens ad futuram  
 extendendo ad prospectum sequens palmam supernae uo-  
 cationis. Quod autem dicit placuit machedoniae & a-  
 chiae conlationem aliquam facere<sup>m</sup> pauperes scorum  
 Subtiliter & uerecunde dum corinthios laudat or-  
 tur romanos. facilius enim deuotamentes ad beneficien-  
 dum exemplis quam sermonibus inuitantur sed et in eo  
 quod addit placuit enim & debitores sunt eorum quid  
 aliud uult sentire romanos nisi ut si achui & machae-  
 donei debitores sunt pauperibus scorum qui sunt in  
 hierosalem eadem ratione qua unam eademq. fide  
 xpi quam romani teneant aduertant & semetipsos  
 his eisdem factos esse debitores. Neq. enim soli ma-  
 chedones & achui in spiritalibus participes facti sunt  
 scis qui sunt in hierusalem. ut & in carnalibus eis  
 debeant ministrare sed & romani. & ideo pari condi-  
 tione debitores sunt. sed & de illis tantum pronuntiat  
 ut & istis enouerint sententiae subiacerent. Haec qui-  
 dem secundum communem litterae dictas sint in-  
 tellectum uerum magnificentiam solitam requira-  
 mus in litteris pauli non enim puto quod ita sense-  
 rit ut intra solam hierusalem unam dum taxat  
 palaeestinae urbem pauperes scorum concluderet  
 quos & spirituales appellauit reliquos uero qui in

... sunt gentes dixerit qui habitantibus  
in hierusalem tanquam solis spiritalibus ministrare  
incarnalibus debeant cum utique licet & extra hieru-  
salem spirituales inueniri quos non locus sed conuersati-  
o sc̄a & fidei ac scientiae per sectio fecerit spirituales  
sicut & ipse paulus scribens corinthis dicit

¶ Fratres & si praecoccupatus fuerit quis in aliquo delicto  
uos qui spirituales estis instruite eiusmodi in spū  
mansuetudinis. Quid ergo est quod in his sentire  
nos conuenit quod omnis qui spiritalis est id est qui  
spū dō seruit & qui non secundum carnem uiuit sed  
secundum spm̄. iste in hierusalem hoc est in loco pacis  
habitat & in pacis uisione consistit & iste est pauper  
sc̄orum ex illis scilicet beatis pauperibus ad quos dicitur.

¶ Beati pauperes spū quoniam ipsorum est regnōm caeloꝝ

¶ Iste ergo beata paupertas quae dicitur. Aurum  
& argentum non habeo sed quod habeo hoc do tibi  
in nomine ih̄u xpi nazarei surge & ambula.

¶ Iste talis pauper semper in hierusalem habitat diui-  
tias possidens spirituales. aurum ei sapientia est argen-  
tum sermo scientiae est indumenta est xps est  
daptes eius & diuitia mensa est sapientiae & cibus  
afluens in uerbo di uinum legitiae bibit quod in cra-  
ter suo misuit sapientia & intellegentiae eius  
uictimi sed & cibos solidos & uerbum carnem fac-  
tum. istesunt spirituales diuitiae quibus gentes in  
carne adhuc positae communicare festinant.

Uideatur ergo mihi his quos nominat gentes in perfectis  
 quasque animas indicare quae perfectorum magisterio  
 indigeant ut si forte digni habiti fuerint ut participes  
 eis fiant in intellectu et scientia spiritali ipsi debeant  
 in carnalibus ministrare eis hoc est cum spirituum in  
 bui coeperint ad scientiam celsiores. Debet etiam caro  
 continentiae & castitatis frena suscipiens spiritalibus  
 ministrare praeceptis. ne forte si adhuc in carnalibus  
 lasciuat se sorem suum diu erbum incauta & effrenat  
 adiciat. sed et ipsa differentia sermonum qua erga  
 utramque usus est paulus non mihi uideatur otiosa.

In spiritalibus enim communionem uel participationem  
 posuit. In carnalibus uero ministerium & hoc esse debi-  
 tum. illud uero communicari dicit <sup>ut ostendat quia perfectiora</sup> ~~quae~~ tamquam  
 caelestia terrenis non tam debentur quam commodantur,  
 terrena uero & carnalia tamquam pro debito exiguntur.  
 Debitor enim effectus sumus secundum illum qui pri-  
 mitus acceptum in mortalitatis & incorruptibilita-  
 tis sensum in paradiso perdidit persuasionem serpentis  
 & ideo debitorum efficitur omnes quod quod in simi-  
 litudine adae sorte praeeuacationis adstringimur.  
 Idcirco igitur & praecepta dantur ut debita persolua-  
 mus. denique & in euangelio saluator ita dicit, Cum autem  
 feceritis omnia haec quae praecepi uobis dicite quia  
 serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus  
 ea uero quae supra debitum facimus non facimus. prae-  
 ceptis uerbicausa uirginitas non ex debito soluitur.

in per praeceptum expeditur sed supra debitum  
afferatur. Audi denique paulum dicentem. De uirgini-  
bus autem praeceptum dñi non habeo. Sic ergo de spiri-  
talibus & perfectioribus communionem dixit. De infe-  
rioribus uero carnalibus debitum ministerium nomina-  
uit ego per huiusmodi ministerium & iam illud aduer-  
tendum puto quod in psalms dicit. Qui facit angelos suos  
sp̄s & ministros suos flammam ignis. Ut scilicet bonos  
angelos sp̄s appellauerit tamquam spirituales. eos uero  
qui praesunt paenarum ministerus & flammam pecca-  
toribus parant ministros flammam ardentis nomina-  
uerit. haec quamuis per excessum quendam dicta ui-  
deantur tamen quia locus ammonuit non omisimus.  
Post haec dicit. Hoc ergo cum consummaueris & ad sig-  
naueris eis fructum hunc proficiscar per uos in hispa-  
niam scio enim quoniam ueniens ad uos in abundan-  
tia benedictionis xpi ueniam. Uide quanta cautela  
consignaturum se fructum offerentium se promittit.  
Quo putas signaculo fructum sci operis adsignat ap-  
tolus illo puto quo imago di exprimitur. hoc est ut  
in complendo opere nulla sit alienae cogitationis  
admixtio non laus ab hominibus queratur. sed ut  
in simplicitate cordis qui tribuit tribuat & non ex  
tristitia. hilarem enim datorem diligit dñs. & ce-  
tera his similia qui obseruat<sup>m</sup> opere di opus suum  
signaculo diuinae imaginis signat. Cum ergo in-  
quit haec consummaueris tunc per uos ad hispaniam

proficiscar promittit sane grandae munera  
 & dicit, scio enim quoniam ueniens ad uos in abun-  
 dantia benedictionis xpi ueniam quod non nisi per spm  
 scm & prophetae gratiam pollicetur supra homine  
 namq; est haec scire de futuris quod non solum benedic-  
 tione xpi uerum etiam & in abundantia benedictio-  
 nis uenturus sit ad eos. in quo et ueniens gratiam  
 & suscipientium pariter merita designantur.  
 Deprecor igitur uos fratres per dnm nrm ihm xpm  
 & per caritatem sps ut adiuuetis me in orationibus  
 ad dnm ut liberer ab incredulis qui sunt in iudea  
 & ministerium hoc meum accepto fiat scilicet in hieroso-  
 lyma ut ueniens ad uos in gaudio cum uoluntate di-  
 requiescam uobiscum. <sup>Lice</sup> in superioribus dixerit.  
 Scio enim quoniam ueniens ad uos in benedictione <sup>& abundantia</sup>  
 xpi ueniam. nihilominus tamen sciebat etiam in  
 his quae manifestae futura cognouerat orationem  
 esse necessariam quae utiq; si uerbicausa non fuis-  
 set adhibita sequeretur sine dubio non impleri quod  
 fuerat propheta tum. qui ergo est qui haec legens  
 quod paulus deprecatur eos qui romaesunt. fratres  
 orare pro se contempnat uel dispiciat orationes  
 ecclesiae postulare. Etiam si interioris meriti esse  
 uideantur hi a quibus oratio postulatur. ecce enim  
 paulus apostolicis praeditus meritis non solum ro-  
 manos orare pro se. sed & corinthios adortatur.  
 Uide autem & quam ualidis eos adstringit religiosiq;

et per dñm inquit nostrum ih̄m xpm &  
caritatem sp̄s ut adiuu&is memoracionibus ad dñm  
quod nostri posuerunt ut adiuu&is memoracionibus  
Magnificentius legitur apud grecos SYNA CO NIS AS HE  
in quo hoc est quod indicatur ut adiuu&is in agone  
orationum ad dñm. ostendens quasi agone habere ipse  
& certamen orationis aduersantibus sibi. sine dubio  
illis de quibus dicebat, Non enim nobis certamen est  
aduersum carnem et sanguinem sed aduersum prin  
cipatus & potestates. aduersum mundi huius rectores  
tenebrarum. aduersum spiritalia nequitia in caelesti  
bus, Et certum est quod isti omnes sicut aduersan  
tur fidei & resistunt pietati sicut contrari sunt iusti  
tiae & ueritati & omnibus bonis. Ita sine dubio  
resistunt & aduersantur orationi. & ideo ostendit  
paulus esse non minimum & iam in oratione certam  
siquidem in hoc certamine & iam auxilium eorum  
qui romaesunt crediderit implorandum. Obsistunt  
enim uere daemones & contrari potestates in oratio  
ne primo per illud ne talis inueniatur. is qui in orati  
onis agone desudat et leuet puras manus sine ira quo  
& si hoc quis optinere potuerit ut sine ira sit. uix est  
ut effugiat esse disceptatione hoc est sine superfluis &  
uanis cogitationibus. uix enim inuenies ut oranti  
cuiquam non aliquid inanis & alienae cogitationis  
occurrat & intentione qua in dñm mens dirigitur  
declinet ac frangat adq; per ea qua non conpetit



rapiat. & ideo agon magnus est orationum  
 inimicis & orantis sensum in diuersa sapientibus  
 fixa semper ad dñm. mens stabili intentione contendat  
 ut merito possit & iam ipse dicere. Certamen bonū  
 certauit cursum consummauit. Nunc ergo orat  
 apostolus adiuuari se in agone orationum ut liberet  
 ab incredulis qui sunt in iudea a quibus non tam pati-  
 tum neque perferre ea quae ad apostolatus eius gloria  
 pertinet quam impediri ueretur ne diutius obstacu-  
 lis eorum retentus uel minus gratum exhibeat sanctis  
 ministerium quod et ipsum orationibus indiget ut  
 fiat acceptum uel ne desiderium eius quod ergo  
 romanos habet uisendos diutius differatur. si  
 enim inquit hoc ita cessaret et ministerium me-  
 um acceptum fiat sanctis in hierosolima edibe-  
 ratur ab incredulis qui sunt in iudea uenire ad  
 uos non impediar pro bene gestis rebus gaudens  
 profecti ad uos ueniam cum uoluntate dei. & re-  
 quiescam uobiscum non corporalem utique requi-  
 erit. paulus sed illam quae consolationem  
 habet ex deo sicut et ipse in primis huius epistulae  
 partibus dixit consolari uobis. per eam quae  
 in uicem est fidem uestram ad quem eam. 7. Dñs  
 autem pacis sit cum omnibus uobis. in genti bene-  
 dictione muneratur. romanos. ut dñs. pacis sit cum  
 eis id est ut pax dei quae superat omnem mentem  
 custodiat corda eorum in xpo ihu qui est pax nostra.

... autem uobis foeben sororem uestram quae  
est in ministerio ecclesiae quae est chencris ut eam sus  
cipiat in dno dignae scis & ad sistat in quibuscuq;  
indiguerit uestri nam ipsa quoq; ad sistat multas  
& mibi ipsi. Et hic locus apostolica auctoritate  
docet etiam feminas in ministerio ecclesiae consti  
tui in quo officio positam foeben apud ecclesiam quae  
est chencris paulus cum magna laude & commen  
datione prosequitur enumerans etiam gesta ipsius  
praeclara & dicens quia in tantum omnibus adstite  
hoc est in necessitatibus praesto fuit ut etiam mibi  
in necessitatibus apostolicisq; laboribus tota deuotione  
mentis adstiterit. similem autem opus eius dixerim  
hospitalitati loth qui dum semper hospites suscepit  
meruit aliquando & angelos suscipere hospitio.  
**S**imiliter abraham dum semper occurrit hospitibus  
meruit ut & dñs cum angelis diuerteret ad taberna  
culum eius; ita & haec religiosa foeb dum adstet om  
nibus & omnibus <sup>ob</sup>sequitur ad sistere & obsequi etiam  
apostolo meruit & ideo locus duo pariter docet & ha  
beri ut diximus foeminas ministras in ecclesia & tales  
debere adsumi in ministerium quae adstiterint  
multas & per bona officia usq; ad apostolicam laudem  
meruerint peruenire. **N**ortatur etiam illud ut qui  
bonis operibus in ecclesia dant operam uicem recipiant  
a fratribus & honorem ut in quibuscumq; necessarium  
fuerit siue spiritalibus siue etiam carnalibus officiis

honorifice habeantur. **S**alutate priscam & a quibus  
 adiutores meos in xpo ibi qui pro anima mea suas ceruices  
 posuerunt quibus non solum ego gratias ago sed & uniuersa  
 ecclesia gentium & domesticam eorum ecclesiam.  
**V**identur mihi ipsi esse de quibus in actibus apostolorum  
 ita scriptum est. Post haec autem discedens ab athenis  
 uenit corinthum & inuenit ibi quendam iudaeum no  
 mine aquilam ponticum genere qui nuper uenerat  
 ab italia & priscilla uxor eius propter quod praeciperat  
 claudius discedere iudaeos omnes a roma accessit ad eos  
 & quia erat consimilis artificu mansit apud eos opere  
 bantur simul erant autem artifices tabernaculorum.  
**H**oc est ut oret nec mirum si priscam paulus in aepistola  
 scribit quae in actibus priscilla scripta est ceteris concor  
 dantibus potest autem fieri ut quia illo tempore pulsus  
 ex urbe iudeis per praecceptum caesaris corinthum uene  
 rant rursus edicti cessantes a euicia romam regressi sa  
 lutentur a paulo quos tamen appareat iudaeorum in  
 sidus paulo periclitante semetipsos obiecisse ut ille  
 liber abscederet. hoc enim & iosan quidam fecisse  
 in actibus apostolorum refertur. & hanc eorum lau  
 dem apostolus non silet sed omnibus eam ecclesis admi  
 randum tradit & ideo dicit. Quibus non solum ego  
 gratias ago sed & uniuersae ecclesiae gentium.  
**U**nde appareat eos officiosos & hospitaler extitisse erga  
 omnes fratres fideles non solum qui ex iudaeis sed  
 & iam qui ex gentibus credidissent magna enim

in hospitalitatis officio non solum apud dñm sed & apud  
homines inuenitur quae tamen res quoniam non solum in  
uoluntate & proposito dominorum sed & grato & fideli con  
sistit ministerio famulorum. Idcirco omnes qui ministe  
rium istud cum ipsis fideliter adimplebant domesticam  
eorum nominauit ecclesiam. Salutate epi nitum di  
lectum meam quae est initium asiae in xpo. Hic epineus  
uideatur mihi omnium primus ex asia credidisse unde &  
initium eum ecclesiae appellauit uelud in greco habet  
primitias asiae nisi si aliquid profundius sermo iste signi  
ficat ut intellegamus angelos dñi qui ecclesiis praesunt  
offerre singulos quosq; primitias dñi ex his qui credunt  
primitiae autem apud illos iudicantur non in his qui  
tempore primisunt sed qui uirtutibus & meritis prae  
cellunt quorum sciens per spm paulus electionem erga  
epaenitum & quod ipsum ex omnium fidelium numero  
qui erant in asia electio in uenerit angelorum appel  
lauit eum primitias a asiae sed et in alia & pistola  
dicit de quibusdam qui sint primitiae a caiae eandem  
sacramentis sine dubio rationem & iam in illis aspiciens.  
Salutate mariam quae multum laborauit in nobis.  
Docet & in hoc debere & iam feminas laborare pro eccle  
siis dñi nam & laborant cum docent adulescentulas  
sobrias esse diligere uiros filios nutrire pudicas esse  
castas domum bene regentes benignas subditas uiris  
suis hospicio recipere scorum pedes lauare & cetera om  
nia quae de officio mulierum scripta referuntur

in omni genere & castitate. **S**alutate andronicum  
 & iuniam cognatos meos & concaptiuos meos qui  
 nobiles in apostolis qui et ante me fuerunt in xpo.  
 Potest quidem fieri ut secundum carnem isti cognati  
 fuerint pauli & ante ipsum crediderunt xpo & nobiles  
 habitauerint in apostolis xpi de quibus possibile est et illud  
 intellegi quod fortassis ex illis septuaginta duobus qui  
 & ipsi apostoli nominati sunt fuerint. & ideo nobiles  
 eos in apostolis dicat. & in his apostolis qui ante eum fuerunt.  
 sed illud memoretur quod ait concaptiuos meos quae enim  
 erat pauli captiuitas in qua sibi etiam andronicum &  
 iuniam concaptiuos esse testatur. Nisi forte profun-  
 dum mysterio ad illam respiciamus captiuitatem quam xps  
 uenit absolueret de qua scriptum est. uenire eum & dare  
 captiuis remissionem & caecis uisum in qua captiui-  
 tate uidentur una atque eadem ratione isti esse quae  
 & paulus uerbi gratia. si dicamus cum captiuus esset popu-  
 lus israhel a partibus assyrios uel babilonios omnes quidem  
 uidebantur esse captiuus. sed alia ratio in ceteris captiui-  
 tatis alia in danielo & anania & azaria uel misael.  
 illi enim captiui erant pro peccatis suis. isti uero pro  
 consolatione captiuorum. erant etiam ipsi captiui.  
 & ideo si dicere & daniel de aliquo uno ex plebe concapti-  
 uis meis. non ita conuenienter dici uidebatur ut si dicere  
 de anania & azaria & misael concaptiuus mei. In istis  
 enim una captiuitatis est ratio quae longe a reliqui  
 populi ratione diuersa est. Ita ergo & paulus tale

Quia de se & andronico & iunia secundum occultioris sa-  
cramenti intuens rationem conceptiuos eos sibi in hoc mun-  
do nominat & nobiles in apostolis. Salutate ampliatum  
dilectum meum in dño. Huic quamuis nihil egregium  
praecoxeris in laude uideatur adscribere. Tamen hoc ipso  
quo dilectus est pauli laudabilis & salutatione dignus  
efficitur. Salutate urbanum adiutorem meum in xpo  
& stachin dilectum meum. Et in salutatione coniu-  
git sed urbanum in laudibus praesculit. illum enim ad-  
iutorem in xpo. stachin uero dilectum tantum modo  
sibi sicut ampliatum nominauit. adiutor autem aposto-  
lus in xpo non aliud intellegitur quam apostolici operis  
particeps. Salutate appellen probum in xpo. Puto  
hunc appellen per multas tribulationes transisse pati-  
enter & fortiter sustentatas. & ideo pronuntiarī ab  
apostolo probum secundum ea quae ipse in alius dixit.

Quia tribulatio patientiam operatur patientia uero  
probationem probata uero spem. Videndum sane  
est ne forte ipse sit hic qui in actibus apostolorum apollo  
nominatur alexandrinus in scripturis eruditus.

Salutate eos qui sunt ex aristobili. Quoniam nihil oti-  
osae in litteris apostoli uel additur uel minuitur istos  
qui sunt uel de domo uel de familia aristoboli non frus-  
tra neque dilectos neque probos neque adiutores in xpo  
nominat. Sed forte quia nihil tale habeant in meri-  
tis ideo eos solo titulo salutationis honorauit.

Salutate erodionem cognatum meum. Et hic si

militer ut andronicus & iunia cognatus pauli  
 sed neq; concaptiuus ut illi neq; nobilis in apostolis in his qui  
 ante paulum fuerunt in xpo nominatur unde intelle-  
 gendum est & iam in his quos cognatos suos paulus appellat  
 esse multam differentiam secundum illam ut ego arbitror  
 rationem quam superius aperire temptauimus.

Salutate eos qui sunt ex narcissi qui sunt in dño. Videntur  
 quidem plures fuisse ex domo uel familia narcissi sed ñ  
 omnes in dño fuisse. & ideo addit eos salutandos esse qui  
 in dño. Salutate tryfenam & tryfosam quam multum  
 laborant in dño. Bonum de his dat testimonium qua-  
 rum laborem non huius mundi neq; communis uitae  
 sed in dño esse testatur. multa enim laborant sed non  
 omnium laborem constat esse in dño. Salutate per si-  
 dam carissimam quam multum laborauit in dño.

Videatur haec magis laudari quam tryfena & tryfosa  
 quoniam quidem illas laborasse dicit in dño hanc autem  
 multum laborasse in dño cui addit & carissima.

Salutate rufum electum in dño & matrem eius & meam.  
 Non puto in istis salutationibus inaniter fieri per singulos quoq;  
 laudis & salutationis differentiam qui enim scit quia  
 xps loquitur in paulo certus est quod pro merito  
 alius quidem probus dicitur ab eo alius carissimus ali-  
 us laborans in dño. alius electus & hic rufus de quo  
 nunc sermo est nobis electus in dño salutatur credo  
 quod sciret paulus esse cum denumero ñ multorum  
 qui uocati sunt sed paucorum qui electi sunt cuius

meriti habuit ut eam paulus suam no-  
minauerit matrem. Cum quo etiam ipse sicut ih̄s  
cum iohanne unum paratur matris affectum.  
**S**alutate a sincretum flegonahermam patrobum herman  
& si qui sunt cum eis fratres. Oeistis simplex salutatio.  
nec aliquod eis insignae laudis adiungitur. puto autem  
quod hermas iste sit scriptor libello illius qui pastor appel-  
latur quae scriptura uel de mihi utilis uideatur. & ut  
puto diuinitus inspirata. quod uero nihil ei laudis ab scrip-  
sit illa opinor ex causa quia uideatur sicut scriptura illa  
declarat post multa peccata ad paenitentiam fuisse con-  
uersus. & ideo neq; obprobrium ei aliquod scripsit. di-  
dicerat enim ab scriptura non improperari homini con-  
uertenti ex peccato neq; laudis aliquid tribuit. quia  
adhuc positus erat sub angelo paenitentia ea quo tempore  
oportuno xp̄o rursus debere offerri intellegitur autem  
quod simul habitauerint hi quorum salutatio sociata est.  
**S**alutate filologum & iuliam nereum & sororem eius & olym-  
piadem & omnes sc̄os qui cum eis sunt. potest fieri ut fi-  
lologus & iulia coniuges fuerint ceteri domestici eorum  
ad quos simplex salutatio dirigitur. Salutate inuicem  
in osculo sc̄o. Ex hoc sermone aliusq; nonnullis simili-  
bus mos ecclesis traditus est ut post orationes osculose  
inuicem suscipiant fratres. hoc autem osculum sem̄  
appellat apostolus quo nomine illud docetur primo  
ut casta sint oscula quae in ecclesiis dantur. tum deinde  
ut simulata non sint sicut fuerunt iudae qui osculum



labi dabat & prodicionem corde tractabat osculum uero  
 primo ut diximus pactum sit cum deinde pacem in se sim-  
 plicitatemq; habeat in caritate non ficta; Salutant uos  
 omnes ecclesiae xpi. Numquid non in una ecclesia po-  
 situs paulus haec scribit & quomodo uerum est quod om-  
 nium simul ecclesiarum salutis romanae mittit ecclesiae  
 sed pro eo intellegere debemus uel quod unus erat in paulo  
 atq; omnibus ecclesiis xpi uel salutare dicat per fidem  
 & spm iungi; Rogo autem uos fratres ut obseruetis  
 eos qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam  
 quam uos didicistis faciunt & declinate ab illis huius  
 modi xpo dno nro non seruiunt sed suo uentri & per  
 dulces sermones & benedictiones seducunt corda in-  
 nocentium uestra enim oboedientia ubiq; per uulga-  
 ta est in uobis ergo gaudeo; Haec & ad eos qui ecclesias  
 praesunt & ad omnes credentes per spm scm scribere  
 credendus est paulus ut diligentius considerent & perspi-  
 ciant qui sint qui dissensiones & offendicula in ecclesiis  
 generent & alienisint ab illa beatitudine quam dñs rep-  
 misit dicens. Beati pacifici quoniam ipsi filii diuoca-  
 buntur. Hoc enim inquit ut pacifici sitis ad dno per euan-  
 gelium didicistis. Dissensiones uero commouere uel  
 scandala propter doctrinam est quam uos didicistis;  
 Et ideo alienus uobis sit nec omnino recipiatur inter uos  
 qui aestamina commouet qui serit iurgia qui lites  
 excitat et studia contentionis exercet qui enim tales  
 sunt xpo dno nro qui est pax nostra non seruiunt

superior sedet quid causa sit qua iurgia in ecclesiis  
adstantur & lites diuino spū instinctus aperuit.  
venit inquit gratia hoc est quae estus & cupiditatis inde est  
unde non nulli circum eunt domos loquentes ad gratiam  
cum omnia dolatione & deceptione non ut in uerbo diu aedi-  
ficient animas ad uirtutem sed ut adulatorius dulcibusq;  
sermonibus permanere uel etiam proficere eas sortentur  
inuitis laudantes & bona dicentes ea quae correptione  
digna sunt ponentes lucem tenebras & tenebras lucem  
dulce amarum et amarum dulce et in his seducunt  
corda innocentium & ideo diligenter oportet in-  
tendere quo prospectu doceat ille quid doceat utrum  
gratiam & honorem ab auditoribus querens an merce-  
dem ad nō pro instructione & profectu discipulorum  
spernans subtiliter sane paulus in discipulorum & facile  
romanorum oboedientiam notat eumq; adserit ubiq;  
non laudatam sed per uulgatam sed ne eos rursum  
si pro hoc apercius castigaret addit in uobis ergo gaudeo  
sed dicit quomodo in eis uulgarem notat oboedientiam  
cum dicat se gaudere in eis primo quidem aliud est nota-  
re uitium alius homines potest enim fieri ut gaudeat  
in his in quibus multa alia bona deprehenderit uitiū  
autem quod ei displicuerat notat ne putetur ei & in  
ipsum cum ceteris placuisse potest autem & pro  
eo dixisse apostolus gaudere se in eis quod qui in oboe-  
diens est neq; ad malum neq; ad bonum trahi po-  
test qui uero oboediens si quidem ad inutilia trahatur

imperitiae culpa sit . ignorat enim inutilia esse quae  
 ditiam sui praebet . Cum uero didicerit quae sint utilia  
 habens paratum oboedientiae bonum . Continuo iter per  
 eam uirtutis ascendit . Caudet ergo paulus super oboedi  
 entes . certus quod cum docuerit eos non uulgari oboedi  
 entia quam incaute omnibus praebent uti debere .  
 sed illa sola qua oboedire oportet deo magis quam hominibus .  
 relictis caeteris ipsa sola utentur . nam et reuera non est  
 praeue discretionis sed probabilis & exercitatis simi iu  
 dici . scire cui uerbo cuique operi oboediendum sit . & cui reni  
 tendum . Denique ipse dominus in euangelio dicit . Adtendite  
 uobis ab his qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium intus  
 autem sunt lupi rapaces . & ideo uigilans sensus & in  
 tenta mens requiritur . quae probare nouerit uel ouis in  
 pro patulos simplicitatem uel lupi latentem rapacitatem .  
 unde uide quam proximi periculi fiant hi qui exerceri uidi  
 uinis litteris negligunt . & quibus solis huiusmodi exami  
 nationis agnoscenda discretio est . Continuo ergo in bre  
 uis periciem propositae discretionis ostendit & dicit .  
 quoniam quidem facilis & indiscreta est uestra oboedien  
 tia . accipite quid seruare quid cauere debeatis .

- Uolo inquit uos sapientes esse in bono & simplices in malo .  
 Simile est hoc illi dicto quod ad corinthios scribit dicens  
 Malitia paruoli estote ut sensibus perfecti sitis . sed & illud  
 quod dominus ait . Quia filii saeculi huius prudentiores sunt  
 quam filii lucis in generatione sua . Huic conuenit  
 dicto ; filii enim saeculi huius prudentiores sunt in

quod semper aliquid profundius & subtilius in  
ueniunt in ea unde plus noceant & uehementius laedant.  
in bono autem stulti sunt. lux enim inueniunt quid faci  
ant boni. e contrario uero paulus uult nos sapientes esse  
in bono. hoc est semper aliquid plus inuenire plus exquire  
re & profundius cogitare quid faciamus boni. Ita ut  
& iam si impediatur per alicuius malitiam ab opere bono.  
**N**os si sapientes sumus excogitemus quomodo si opus bonum  
non possumus uel sermonem bonum proferamus. quod  
sine hoc licet. uotum saltem bonum & animum demonst  
remus. Si ergo sapientes esse debemus in bono. simplices  
uero in malo ut si pulsamur malitia. pulsamur iniuria  
non simus callidi & uersuti. artes & argumenta queren  
tes quibus redderem malum pro malo & nequitiam pro ne  
quitiam debemus sed in tali loco meminisse debemus illius  
sententiae quae dicit. Si qui uult sapiens esse apud dm.  
stultus fiat in hoc mundo. Simus ergo stulti accipientes  
iniuriam & non reddentes ut sapientes simus apud dm  
quid dixit. Mibi uindictam ego retribuam dicit dñs.  
nam de impijs & hieremias dicit. sapientes sunt ad male  
faciendum. bene autem facere nesciunt. Ad hoc respicit  
& illud quod dñs dixit. simplices debent nos esse sicut colum  
bas & prudentes sicut serpentes quod si aliquis nobis ex  
infidelibus argute oturrat & dicat. quomodo potest  
idem ipse & sapiens esse & stultus dicemus ad eum. Re  
spice ad istas artes quae in usu hominum habentur.  
quomodo ille qui uerbi causa sapiens simus est gram

maticus in arte fabrilis insipientissimus inuenitur  
 rursus sapientissimus gubernator quomodo in arte  
 medicinae inuenitur insipiens. sic ergo possibile est in  
 his quae ad dñm pertinent esse sapientem & hi quae ad  
 saeculum pertinent esse insipientem. sciendum sane  
 est quod ubi ait. Huiusmodi enim xpo dño nostro non  
 seruiunt. Non quo ipsi profiteantur xpo dño non ser-  
 uire. sed quo discrepantes a seruitutis eius regula rebus  
 ipsis ostendant se xpo dño non seruire. non enim uideatur  
 simul quis et xpo seruire posse & uentri ac uoluptatis pa-  
 riter amator esse & dñi. sic nec dō quis simul seruire potest  
 & mammonae. Os autem pacis conteret satanan sub pedibus  
 uestros uelociter. quaeritur in hoc loco quem dixerit sata-  
 nan sub pedes eorum quibus scribit ad dō uelociterendum ue-  
 lociter. Si enim ad unam personam illam scilicet de qua  
 in euangelio dicitur. Ecce uideo satanan sicut fulgor de  
 caelo cadentem. Quiq; satanas humano generi iudicat  
 aduersus uidebitur utiq; si ueredit paulus quae dicit quod  
 sub pedes eorum quibus tunc scribebat uelociter conteratur.  
 ultra iam non esse satana. qui agones & certamina &  
 persecutiones credentibus excitat. quod utiq; non am-  
 mittit fides eorum. sed uideatur mihi in hoc loco satanan  
 dixisse omnem spm̄ qui credentibus aduersatur.  
 Satanas enim in nra lingua aduersarius interpretatur.  
 quidquid ergo anima et tendenti ad dñm resistit & aduer-  
 satur. & quidquid pacis ei contrarium est. hoc ei sata-  
 nas esse nominatur. ideo deniq; praemisit dicens

habet dñi cui pax placeat conterat eum qui contrarius est  
paci & dissensiones operatur. sic deniq; & in regnorum libris le-  
gimus quia suscitavit dñs salomon satanan ad eum idumeum.  
hoc est salomon qui erat pacificus suscitavit satanan qui  
est contrarius pacis. sed sicut his quos apostolus docet sicut  
agant & tales se exhibeant quales eius sermo describit. prae-  
mundatione vitae promittit sub pedibus eorum ad pacis  
satanan uelociter conterendum. ita nihilominus dñs pa-  
cis ei qui pacem eius non in corde puro & conscientia munda  
seruauerit. suscitavit satanan. hoc est aduersarium & qui  
bonum pacis neglexit in pugnationum amaritudines p-  
ferat et ita deum pacis quam temeravit dulcedinem in  
obpugnatione positus recorderetur. ex utroq; igitur aedifi-  
cemur scripturae diuinae loco quo uel suscitare dñs satanan  
dicitur negligentibus. uel conterere ac subdere studio-  
sis. ut illos ad agones concitet. istis de prostrato aduersa-  
rio palmam uictoriae tribuat et uirtutis praemia lar-  
giatur. Possumus autem & per singulos quosq; ago-  
nes si legitime certemus dicere quod dñs conterat satanan  
sub pedes nros uelociter. uerbicautsa si quis agonem sus-  
ciperit castitatis si usq; ad finem immaculata conscientia  
perdurarit. dici deo potest quia dñs contriuit satanan  
sub pedes eius. id est spm qui erat contrarius castitati. simili-  
ter & quia agonem fidei suscepit sistans ante reges & prae-  
sides cum fiducia confiteatur dñm ihm xpm & usq; ad fi-  
nem in confessione permaneat. dñs contriuit satanan  
sub pedes eius cum infidelitatis spm uicit. sed & qui con-

cordiam perseveranter colit dissensionis daemonibus  
 bus conteret qui mansuetudinem seruat iracundiae satan  
 patientiae uestigis calcet, hoc est nimirum quod dñs in euan  
 gelio dicit Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpen  
 tes & scorpiones & super omnem uirtutem inimici.

Gratia dñi ihū xpi uobiscum. Gratia dñi & gratia dñi nri  
 ihū xpi una atq; eadem gratia accipienda est. sicut enim  
 pater quos uult uiuificat & filius quos uult uiuificat. &  
 sicut pater habet in se uitam & filio dedit habere in se me ip  
 so uitam. Ita & gratiam quam dat pater. hanc & filius dat.

Suendum sane est quod omne quod habent homines ad o gratia  
 est. nihil enim ex debito habent; Quis enim prior dedit illi  
 & retribuetur ei; Gratiae ergo est quid quid habetis qui  
 non fuit & est et erit in aeternum; ia Salutat uos timo  
 theus adiutor meus & lucius & eris iason & sosispater  
 cognati mei; Videtur mihi deis laetis quos se quastra  
 uit ab omni cataloco salutantium. plus aliquid sensisse.

Deniq; & timotheum adiutorem suum dicit; & omnes  
 simul cognatos suos. & quidem de timotheo plenissime  
 refertur in actibus apostolorum quod fuerit daer beus  
 cuius filius mulieribus iudae fidelis ex parte gentili. de quo  
 & ipse paulus dicit. qui propter ea rogauerit eum per  
 manere efeso ut denuntiaret quibusdam ne aliter doce  
 ant neq; attendat fabulis & genealogis infinitis.

Sed & lucium quidam ipsum perhibentes se lucan qui euan  
 gelium scripsit pro eo quod soleat nominare interdum  
 secundum patriam declinationem. Interdum & iam

nam romanamq; profert. Ita sonuero ille est de quo in  
actibus apostolorum scribitur. quod apud thesalonicam pro  
paulo & sila seditionem commouentibus turbis semexip  
sum dederit ut apostoli discedendi faceret libertatem.  
Sospater quoq; quo hic iungitur suspicor quod ipse sit  
qui actibus apostolorum scribitur sospater perristrionen  
sis sed qui pauli litteras curiosius tamquam xpo meo loquen  
te considerat mouebitur sine dubio quomodo paulus quis  
et arso ciliciae natum professus est haebraeum ex haebraeis.  
Nunc uel timothei derbensis cuius ex patre gentili cognatus  
uel sanguineus esse dicatur uel iasonis thesalonicensis uel  
sospatri beroensis quod si pro eo aliquis dicat. quia etiam ipsi  
qualibet parte ex circumcissione ueniebant. non ergo oport  
uit de his specialit. in. dici sed de omnibus qui ex iudaeis  
erant quod essent eius cognati paulo. nunc uero cum cece  
ris nequaquam hoc nomen indulgeat his uero & malis  
non nullis adscribat. certum est eum aliam quandam cog  
nationem nominare quae sibi cum timotheo & luca. aliisq;  
paucis horum similibus communis habeatur quam cog  
nationem uel consanguinitatem ex illa sine dubio sciat sibi  
cum his paternitate descendere. de qua in alio loco dicit.

**H**aec enim causa cur uo genua mea ad patrem dñi ihu xpi.  
& quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur.

**S**ciens igitur esse aliquam paternitatem in caelo sicut est  
& in terra. Certum est quod istos qui sibi nequaquam se  
cundum cognationem paternitatis terrae ne iunguntur.  
iungi sibi nouerat secundum cognationem paternitatis



caelestis. & ideo eos & cognatos & concaptiuos uocant  
 tores ut pote cum quibus unam ad euangelizandum cog-  
 nationem nascendi sorte susciperit & captiuitatem mun-  
 di huius babiloniae perferendi. aut si qui haec non tali quod-  
 dam tropologia patitur explanari exponat nobis quo-  
 modo timotheus & lucius & iason & sosispater longe-  
 diuersarum non solum urbium sed & prouinciarum ci-  
 ues paulo secundum carnem cognati & consanguinei esse  
 potuerunt. & non solum isti sed & andronicus & iunia &  
 herodion quos omnes & cognatos suos & concaptiuos appel-  
 lat. Saluto uos ego tercius qui scripsi epistolam in dño.  
 Tamquam quid dignus habitus sit epistolam romanis paulo  
 dictante per scribere inserit et etiam suum nomen non te-  
 meritate usus aut iactantia sed quia sciebat se non solum  
 prebuisse scriptoris officium sed scripsisse in dño. quo-  
 quidem iustus omnia quae facit ad gloriam dī facit. & si  
 scribit ergo ad gloriam dī scribit. & ideo in dño scribit.  
 Propter quod & dignum ut apostolicae ae pistolae sui quoque  
 nominis in dē & mentionem. uel certe quoniam uim  
 sensuum pauli dictantis exciperat & intellexerat non  
 hominis sed dñi quae scribebat. Idcirco ei in dño scripsisse  
 commemorat. Salutate uos carus hospis meus & totius  
 ecclesiae. Intellegitur carus hic esse de quo ad corinthios  
 scribens commemorat dicens. Gratias ago dō quoniam  
 neminem uestrum baptizauit nisi crispum & gauum.  
 Videtur ergo indicatur de eo quod uir fuerit hospitalis qui nō  
 solum paulum ac singulos quosque aduentantes corinthum

recipere sed et ecclesiae uniuersae in domo sua con-  
ueniunt. tunc ipse praebuerit. fertur sane traditione maio-  
rum quod hic gaus primus episcopus tes solomocensis ecclesiae.  
**S**alutat uos erastus arcarius ciuitatis & quartus frater.  
**I**psium puto esse erastum quem dicit qui remansit corintho  
quique uidetur. dispensator ciuitatis ostendi. sed non puto  
quod ex hoc officio magnopere paulus mentionem eius in  
epistola sua fecerit. nisi si forte aliquid in eo amplius  
sensit & arcarium eum id est dispensatorem ciuitatis illius  
dixerit cuius artifex & conditor dicitur. & ideo nec nomen  
posuerit cuius ciuitatis sed tantum modo eum arcarium  
nominauerit ciuitatis. utrum ergo tali aliquo modo  
an uero simpliciter magis accipiendum sit & nihil pro-  
fundius in pauli litteris requirendum considerato qui  
legis. **E**i autem qui potens est uos confirmare secundum  
euangelium meum. & praedicationem ihu xpi. secundum  
reualationem sacramenti temporibus saeculorum in si-  
lencio habita. manifestata autem modo per scripturas p-  
pheticas. secundum praeceptum aeterni dñi. ad obediencia  
fidei in omnes gentes manifestata soli sapienti dño per ihm  
xpm caritas in saecula saeculorum amen.

**C**aput hoc in archione quo scripturae euangelicae atq;  
apostolicae interpolatae sunt de hac epistola penitus  
abstulit. non solum hoc sed et in eo loco ubi scriptum est.  
**O**mne autem quod non est ex fide peccatum est. usq; ad fi-  
nem cuncta desecuit. In aliis uero exemplaribus id est  
in his quae non sunt tam archione temerata hoc ipsum

caput diuersa positum inuenimus in nonnullis et  
 dicibus post eum locum quem supra diximus hoc est omn  
 autem quod non est ex fide peccatum est. Statim coherens  
 habetur. Et autem qui potens est uos confirmare; alii  
 uero codices in fine id ut nunc positum continent. sed iam  
 ueniamus ad capituli ipsius explanationem. Quasi  
 hic causas paulus uideatur ostendere quibus roborantur  
 hi qui in fine euangeli confirmantur unam quae est prae  
 dicatio pauli quae est et christi praedicatio innotescit &  
 alia quae reuelatur eis sacramentum quod omnium tem  
 poribus saeculorum in silentio habitum est. Nunc uero hoc  
 est in aduentum christi praesentia corporali manifestatum  
 est & apertum est. & quantum spectat non sine idoneis  
 testibus sed scripturis propheticis ad stipulantibus decla  
 ratum. ita enim praeceptum extitit aeterni ut per  
 praedicationem quidem euangeli gentes ad obediencia  
 fidei uocarentur. ex reuelatione uero sacramenti ag  
 nit ad sapientia. Gloria & claritas soli sapienti red  
 deretur in saecula saeculorum. Sed iterum recurra  
 mus & consideremus quomodo dictum est et autem  
 qui potens est uos confirmare secundum euangelium  
 meum & praedicationem ihu christi secundum reuela  
 tionem temporibus sacramenti saeculorum in silen  
 tio habita. Non mihi uideatur quod ad omnes perti  
 neat ista utriusque generis confirmatio. sed ad omnes  
 quidem pertinet & credentes dum taxat euangelium  
 pauli & praedicationem christi. Reuelatio uero sacramenti tem

in saeculorum in silentio habita. Non ad plures sed ad  
paucos et electos qui capaces esse possint sapientiae & scien-  
tiae di. de quibus dicitur. multi uocati pauci autem electi.  
Sed & de eo quod ait sacramenti in silentio habita. Requiren-  
dum est utrum ita id dicat in silentio habitum ut omnino  
nullus agnouerit. ne ipsi quidem qui adnuntiabant pro-  
phetae. an alior aliqua sententi intelligenda est ratio.  
mihi quidem ualde absurdum uidetur. ut dicamus prophe-  
tas ita scripsisse de sacramentis diuinis. ut non intellexe-  
rint ea ipsa quae dicebant. cum scriptura dicat. Sapiens  
intelligit quae de ore eius procedunt. & in labiis prophetae  
intellectum. Si ergo prophetae non intellexerunt  
quae de ore proprio proferebant non erant sapientes.  
uerum si stultum est prophetas confiteri & negare eos  
fuisse sapientes. Restat ut quia sapientes fuerunt in-  
tellexerint quae ex ore proprio proferebant & habuerint  
intellectum in labiis suis quae ergo silentii ratio uideamus  
ne illa sit quae et ipse paulus sibi traditam pro sacramen-  
torum dispensatione perdocuit. ubi dicit abductum  
se esse in tertium caelum. et in deum paradysum. & au-  
disse non edicenda uerba quae non licet homini loqui.  
In quo utiq. ostendit non quo ipse ignoret quid audi-  
erit. sed quod proferre aliis et hominibus pandere  
quae sibi sunt indicata non liceat. Ita ergo potest & in  
hoc loco dictum uideri sacramentorum in saeculorum in  
silentio habitum. quod scierint quidem prophetae ex  
scripturis enim propheticis manifestatur. sed hominibus

idest uulgo non manifestauerunt nec pate fecerunt  
 silentio tixerunt. secundum praeceptum aeterni usq;  
 quo tempus <sup>ad</sup> et set & uerbum caro fieret & habitare in no  
 bis manifestaretur omnibus gentibus ad obediendam  
 fidei. quod uero ait solus sapienti do. Sapientem dm non  
 ita accipias quasi quem sapientia fecerit sapientem ut  
 inter homines habetur. sapiens enim inter homines  
 dicitur unusquisq; ex participatione sapientiae. Os uero  
 non quasi ex sapientia sapiens factus sit. sed quasi qui  
 ipse auctor sit & genitor sapientiae appellatur. Non  
 enim ut diximus ex sapientia sapiens ds. sed ex sapienti  
 do sapientia procedit. Merito autem soli sapienti do.  
 Solus est enim ita sapiens. ut sapientiam magis ipse genu  
 erit. quam ex sapientia sapiens factus sit. & recte ei  
 claritas per ihm xpm refertur. quia ita sapientem esse  
 dm solum. ut ipse sapientiam genuerit. Xps ihs qui  
 est uirtus & di sapientia declarauit in saecula saeculoru.  
 quod ait. moris est scripturae diuinae in mensuram  
 per hoc temporum designare. Amen autem quasi ad con  
 firmationem omnium quae superius scriptae sunt in fine  
 posuit. per quod uer naculo habraeorum testimonio uerae &  
 fidelia esse quae sunt scripta signaret. Hactenus nobis  
 in epistolam ad romanos pro ut potuimus dictantibus  
 plurimo & labore & tempore de sudatum sit; frater  
 namq; frater amantissime quodcum tuis desideriis satis  
 facere cupio obitus sum paene mandati quod praecipitur.  
 ¶ Quis supra uires tuas ne leuaueris; Quamuis nobis nec

quae te insistente immo potius pensam diurni  
operis exigente in latinum uertimus defuerit plurimus  
labor dum supplere cupimus ea quae ab oriente in au-  
ditorio ecclesiae ex tempore non tam explanationis quam  
aedificationis intentione perorata sunt. siue in humilis  
siue in orationibus in genesi et in exodum fecimus. et  
praecipue in his quae in librum leuitici ab illo per oran-  
ditulo dicta a nobis uero explanandi specie translata sunt  
quem laborem adimplendi quae deerant. idcirco susce-  
pimus ne pulsatae questiones & relictas quod in homi-  
lico dicendi genere ab illo saepe fieri solet. Latino lecto-  
ri fastidium generarent. nam illa quae mihi in hu-  
nae & in iudicum & in tricenisimum sextum &  
in tricenisimum septimum & in tricenisimum octauum  
psalmum scripsimus simpliciter ut inuenimus & non  
multo cum labore transtulimus. Quamuis ergo & in  
caeteris quae supra diximus laboratum nobis sit in su-  
plendis his quae omiserat. in hoc tamen opere epistolae  
ad romanos pro his causis quas in praefatione compre-  
hendimus in mensis nobis et inextricabilis incubuit  
labor. sed delectauit indulgere se laboribus si modo  
non ut in alius expertis sumus maluolementes uigilum  
nostris contumelias reddant. si non studia obtrectatio-  
nibus & laborem remunerentur in sidus. Nouum quip-  
pe apud eos culpa genus subimus. Aiant enim mihi in  
his quae scribis quoniam plurima in eis tui operis habent.  
Datitulum nominis tui & scherberusini uerbigratia in epist.

tola ad romanos explanationum libri sicut et apud  
 inquit saeculares non illius qui ex graeco translatus est  
 sed illius qui transtulit nomen titulus tenet. Hoc autem  
 totum mihi donant non amore mei sed odio auctoritatis.  
 Verum ego qui plus conscientiae meae quam nomini de fero  
 & iam si addere aliqua uideor & explere quae desunt aut  
 breuiare quae longae sunt furari tamen titulum eius qui  
 fundamenta operis iecit & construendi aedificii materia  
 praebuit. Rectum non puto sit sane in arbitrio legentis cum  
 opus probauerit operis meritum cui uelit adscribere. Nobis  
 autem propositum est non plausum legentium sed fructum  
 proficientium quaerere. Post hoc sane uocat nos opus quod  
 alicuius in iunctum est sed nunc ab eato gaudentio a epis  
 copo uehementius perurgetur. dementis scilicet romani  
 a episcopi apostolorum comitis ac successoris de recogniti  
 one libri ut in latinum uertantur. in quo opere bene noui  
 quod laborem labor multiplicata sorte suscipiet. satisfaciam sane  
 in eo amicis meis. dabo titulo nomen meum auctoris nihil  
 ominus uocabulo permanente. nam rufini dementis scri  
 bitur. quod si me dñs implere per miserit redeam rursus  
 et ad tua desideria ut uel in numerorum librum et de te  
 ro nomini aliquando permitte dicamus. hoc enim  
 solum nobis de eptaticho deest uel de reliquis apostoli pauli  
 epistolis quae possumus dño dirigente dicemus. amen.

EX LIB. X. HABET V. IN ID. CCC. LXX.  
 ORIG. IN IP. PAU. AD ROM. RUFINO DE GRACO TRAN  
 S. RINTE IN I. LOQUUM LATINI LINGUAE.